bus expositos. **I**ta giges dum astipulatozem vane opi
nionis deum habere concupiscit • ubi nam solida et sincera
esset felicitas didicit.

¶ Capitulum secundum de sapienter dictis aut factis.

Nunc id genus felicitatis explicabo. quod totum in habitu animi nec votis petitur sed in pectoribus sapientia peditis vatum dictis factisque prudentibus enitescit. **A**ppium claudium crebro solitum dicere accepimus negotium. p. r. melius quam otium committi. Non quod ignoraret quam iocundus tranquillitatis status esset. Sed quod animaduerneret potentia imperia agitatione rerum. Ad virtutem capescendam excitari. nimia quiete in desidiam resoluui. Et sane negotium nomine horrendum ciuitatis nostre mores in suo statu continuit. blande appellacionis quies plurimis vicis respergit. **S**cipio uero africanus turpe esse aiebat in remilitari dicere non putaram. uidelicet. quia explorato et excusso consilio que ferro aguntur administrari oportere arbitrabatur summa ratione. In emendabilis est enim error qui uolencie martis committitur. Idem negabat aliter cum hoste quemque conflagere debere. quam si aut occasio obuenisset: a necessitas incidisset. Eque prudenter. Nam et prospere gerende rei facultatem omittere maxima demencia est. et in angustias utique pugnandi compulsum abstinere se prelio. pestifere ignaui affert. exitum eorumque qui ista committunt alter beneficio fortune uti: alter iniurie nescit resistere. **Q**uinti quoque metelli tum grauis tum etiam alta in senatu sententia. quod deuicta carthagine nescire se illa uictoria boni. ne plus an mali. p. r. attulisset asseuerauit. quonia ut pacem restituendo profuisset. ita hannibalem summouendo non nihil nocuisset. Eius enim transitu in italiam dormientem iam. p. r. uirtute excitata. Metuique debere ne acrimulo liberata in eundem somnum reuolueretur. In equo igitur malorum posuit uri tecta. uastari agros. ex hauriri erarium. et prisci roboris uernos hebetari. **Q**uid illud factum litinij fimbrie consularis quam sapiens s. a marco lutacio pinthia splendido equite. **R.** iudex ad

Continuat id genus felicitatis
et de p. r. melius quam otium
committi. Non quod ignoraret
quam iocundus tranquillitatis
status esset. Sed quod animaduerneret
potentia imperia agitatione rerum.

Idem negabat aliter cum hoste quemque
conflagere debere. quam si aut occasio
obuenisset: a necessitas incidisset.

Lutatio

dictus de sponsione quam is cum aduersario quod vir bonus
esset fecerat. nunquam ad iudicium pronuntiatione sua fini
re uoluit. ne aut probatum virum si contra eum iudicasset
fama spoliaret. aut iuraret virum bonum esse: cum ea res in
numerabilibus laudibus contineatur forensibus: hec il
la militaribus stipendijs prudentie exhibita. ¶ **T**er
pirus cursor consul cum aquiloniam oppugnans prelium
uellet committere. pullariusque non sperantibus ausibus e
mentitus optimum ei auspicium renunciaisset. de fallacia
illius certior factus sibi quidem et exercitui bonum omen
datum credidit. ac pugnam iniit. Ceterum mendacem an
te ipsam aciem constituit: ut haberent dii cuius capite siquid
tre conceperant expiaret. Directum est autem siue casum
siue etiam celestis numinis providencia. quod primum e
contraria parte missum erat telum. in ipsum pullarium pe
ctus. eumque exanimem prostravit. id sic cognouit con
sul fidenti animo et inuasit: aquiloniam et cepit. Tam ci
to animaduertit. quo pacto iniuria imperatoris vindi
cari deberet. quemadmodum violata religio expianda foret
qua ratione uictoria apprehendi posset. Egit virum se
uerum consulem religiosum imperatorem strenuum. et
moris modum. pene genus. spei viam. vno mentis im
petu rapiendo. ¶ **N**unc ad senatus acta transgrediamur
Cum aduersus hannibalem claudium neronem et liuium sa
lmatorem consules mitteret. eosque ut virtutibus parens
ita inimicitijs acerrime inter se dissidentes uideret. sum
mo studio in gratiam reduxit. ne propter priuatas dissensiones. et
propter paruam utiliter administraret: quia consimili imperio nisi
si concordia inest. maior aliena opera interpellandi quam
spadendi cupiditas nascitur. ubi uero etiam pertinax interce
dit odium. alter alteri quam uterque contrarijs castris certior
hostis perficitur. ¶ **E**isdem senatus cum ob nimis a
spere actam censuram a gneo bebio. et proplio. pro rostris age
rentur rei. cause dictione decreto suo liberauit. uacuum

pullarius
prostratus

omnis iudicij metu eum honorem reddendo qui exigere
debet. rationem non reddere. ¶ **N**ar illa sapientia
senatus tiberij graecum . tr . pl . agraria legem pmul-
gare ausum morte multauit . idem ut secundum legem
eius p . trium uiros ager populo uiritim diuideretur egre-
gie censuit . **S**iquidem grauissime seditionis eodem tem-
pore . et auctorem et causam sustulit . ¶ **Q**uam dein-
de se prudenter in rege masinissa gessit . **N**am cum pro-
ptissima et fidelissima eius opera aduersus carthaginen-
ses usus esset . eumq; in dilatando regno auidiosum cer-
neret . legem ferri iussit . qua masinisse ab imperio popu-
li . r . solutam libertatem tribueret . **Q**uo facto cum opti-
mie meriti beniuolentiam retinuit . cum mauritanie et
numidie ceterarūq; illius tractus gentium nunquam fida-
p . ce quiescente feritate : a ualuis suis repulit . **T**empus
deficiet domestica narrantem : quonia imperium nostrum
non tam robore corporū quā animorū uigore incremen-
tum ac tutelam suā comprehendit . **M**aiori itaq; ex pte ro-
mana prudentia in admiratione tacita reponatur . alie-
nigenis q; huius generis exemplis detur aditus . ¶ **S**o-
crates humane sapientie quasi quoddam terrestre oracu-
lum . nihil ultra petendū a dijs immortalibus arbitra-
batur . quā ut bona tribuerent . quia hij demum scirent
quid unicuiq; eēt utile . **N**os autem plerumq; id uotis
expeteremus quod non impetrasse melius foret . **E**t enim
densissimis tenebris inuoluta mortalium mens . in quam
late patente errore cecis precaciones tuas spargis . diu-
cias appetis que multis extitio fuerunt . honores concu-
piscis . qui cum plures pessum dederunt . regna tecū ipsa
uoluis . quorū exitus sepe numero miserabiles cernunt
splendidis coniugijs incis manus . at hec ut aliquan-
do illustrent . ita nonnunquam funditus domos euertūt .
Desine igitur stulta futuris malorū tuorū causis quasi
felicissimis rebus inhiare . teq; totā celestium arbitrio per-

Sic enim

Appetere dicitur propter

Diuisio

mitte. q̄a qui bona tribuere ex facili solent etiam eligere
aptissima possunt.

Idem expedita et compediaria
via eos ad gloriã puenire dicebat qui id agerent vt qua
les uideri uellent tales etiã essent. Qua quidem predi:
cacione aperte monebat. ut homines ipsam potius vir:
tutem haurirēt. quã umbram eius consecrarentur.

Idem ab adolescentulo quodam consultus utrũ vxorem
duceret an se omni matrimonio abstineret. respondit.

utrum eorũ fecisset acturũ penitentiã. hic te inquit soli:
tudo. hic orbitas. hic generis interit⁹. hic heres alienus
excipiet. illic p̄petua sollicitudo. context⁹ querelarũ. do:
tis exprobracio. affiniũ graue supciliũ. garrula socrus
lingua. ^{subfessor alieni matrimonij} incertus liberoꝝ
euentus. Non passus est iuuenem in cõtextu rerum a:
sperarum quasi lete materie facere delectũ.

Idem
cum atheniensũ scelerata demẽcia tristem de capite eius
sentenciã tulisset. Forti q̄ animo et constanti militi poti:
onem ueneni e manu carnificis accepisset. admoto iam
labris poculo vxore xantipere inter fletũ et lamẽtacionẽ
uociferante innocẽtem eum piturũ. quid ergo iquid no:
centi mibi mori sacius esse duxisti? Immensam illam
sapiẽciam que ne i ipso quidem uite excessu obliuisci sui
potuit.

Age quam prudẽter solon non inem dũ
adhuc uiueret beatum dici debere arbitratur. quod ad
ultimũ vsq; fati diem ancipiti fortune. subiecti essemus
felicitatis igitur humane appellacionem rogis consum:
mat. qui se in cursu maloꝝ obicit.

Idem cum
ex amicis quendam grauter merẽtem uideret. in arcem
pduxit. hortatusq; est ut per omnes subiectoꝝ edificioꝝ
partes oculos circũferret. Quod vt factũ animaduertit
cogita nunc tecum iquid quã multi luctus sub his tectis
et olim fuerunt et hodieq; versentur. in q; sequẽtib; secu:
lis sint habitaturi ac dimitte mortalium incõmoda tan:
quam ppria deflere. Qua consolacione demonstrauit.

urbes esse humanarum cladum consepta miseranda.
Idem aiebat si in vnum locum cuncti mala sua contu-
lissent. futurū ut apriam deportare domum quā ex com-
muni miseriarum aceruo portionem suam ferre mallēt
Quo colligebat non oportere nos que fortuito pacia-
mur. p̄cipue et intollerabilis amaritudinis iudicare.

Cias autem cum patriam eius prienem hostes inua-
sissent. omnibus quos modo seuiicia belli incolumes ab-
ire passa fuerat p̄ciosarum rerum pondere onustis fugi-
entibus interrogatus: quid ita nihil ex bonis suis secū
ferret. ego uero inquit bona mea mecum porto. **P**e-
tore enim illa gestabat nō humeris. nec oculis uisenda
sed estimanda animo que domicilio mentis inclusa. nec
mortalium nec deorū manibus labefactari queunt. Et
ut manentibus presto sunt ita fugientes non deserunt.

Jam platonis verbis astricta sed sensu preualens sentē-
tia. qui tum demum beatū terrarū orbem futurū predi-
cauit. cū a sapientes regnare a reges sapere cepissent.

Rex etiam ille subtilis iudicij quem ferunt traditum
sibi diadema. priusquā capiti imponeret. retentum diu
considerasse ac dixisse. **O**nobilem magis quam felicem
pannū quem si quis penitus cognoscat quam multis sol-
licitudinibus et p̄iculis et miserijs sic refertus. ne humi
quidem iacentem tollere uellet.

Quid xenocratis
responsum quā laudabile ē. **C**um maledico quorundam
sermoni summo silencio īteresset vno ex his querente cur
solus linguā suā cohiberet. quia dixisse me inquit. ali-
quando penituit. tacuisse nunquam.

Aristopha-
nis quoq; alicuius est. prudencie p̄ceptū. qui in comedia
introduxit: remissum ab inferis atheniensū principem
periden uaticinantem. non oportere in vrbi nutrire leo-
nem. **S**in autem sit alitus obsequi ei cōuenire. **N**onet
enim ut p̄cipue nobilitatis et concitati ingenij iuuenes
refrenentur. **N**imio uero fauore ac p̄fusa indulgencia

*Inhibe illis quibus
sed maledico quorundam
sermoni summo silencio
interesset vno ex his
querente cur solus
lingua sua cohiberet
quia dixisse me inquit
aliquando penituit
tacuisse nunquam*

et p̄cipue

Supra

Tanto

m

pasce. quo min⁹ potenciã obtineant ne impediantur. q̄
stultum et inutile sit eas obrectare vires quas ip̄e foue
ris. **M**irifice etiam tales nam interrogatus an
facta hominũ deos fallerent nec cogitata inquit. Vt ñ
solum manus sed etiam mentes puras habere uellemus
cum secretis cogitationibus nostris celeste numen adesse
credidissimus. **E**t ne quod sequitur quidem min⁹
sapientis. Vnice filie pater temistoden consulebat. vtrum
eam paupi. sed ornato. an locupleti parũ probato collo
caret. Cui is. malo inquit virum pecunia. quam pecu
niam viro indigentem. Quo dicto stultum monuit ut
generum potius quam diuicias generi legeret. **A**ge
philippi quam pbabilis epistola. in qua alexandrum q̄
rundam macedonũ beniuolenciã largicione ad se adtra
here conatũ. sic increpuit. Que te fili ratio in hanc tã
uanam spem induxit. ut eos tibi fideles futuros existiã
res. quos pecunia ad amorem tui compulisses. **C**ari
tate istud pater auus vero philippus maiore ex pte mer
catoꝝ grecie quã uictoꝝ. **A**ristotiles autem caliste
nem auditoꝝ suũ ad alexandruũ dimittens. monuit cũ
eo aut quã rarissime. aut quã iocundissime loqueretur
quo scilicet apud regias aures uel silencio tucioꝝ uel ser
mone eẽt acceptoꝝ. At ille dũ alexandruũ. persica macedo
nem saluacione gaudentem obiurgat. et ad macedoni
cos mores inuitũ reuocare beniuole p̄seuerat. spiritu ca
rere iussus. seram neglecti salubris consilij penitenciam
egit. **I**dem aristotiles de semetipso in neutram p
tem loqui debere p̄dicabat: quoniã laudare se uani vitu
pare stulti esset. **E**iusdem est utilissimum p̄ceptũ
ut voluptates abeũtes consideremus quas quidẽ sic ostẽ
dendo minuit fessas enim penitencie q̄ plenas animis no
stris subicit. quominus cupide repetantur. **N**ec parum
prudenter anaxagoras it̄roganti cuiãdam quisnã esset
beatus. nemo inquit ex his quos tu felices existiãmas. h̄

^{pl. 14}
enim in illo numero reperies. qui a te ex miseris consta
re creditur. Non erit ille diuicijs et honoribus habun
dans. sed aut exigui raris aut nō ambiciose doctrine fis
delis aut p̄tinaꝝ cultor. in secessu quam ī fronte beacior
Demadis quoq; dictum sapiens. Nolentibus enim
atheniēsis diuinos honores alexandro de cernere. vide
te inquit ne dum celos custoditis. terram amittatis.
Quam porro subtiliter anatharsis leges arāneoy telis
compabat. Nam ut illas in firmiora animalia retine
re valencioꝝa transmittere: ita his humiles et pauperes
constringi. diuites et p̄potētes non alligari. **N**ihil
etiam agesilai facti sapiēcius. Siquidem cum aduersus
r. p. lacedemonioꝝ conspiracionem ortam noctu compe
risset. leges ligurgi continuo abrogauit. que de idemna
tis supplicium sumi uetabant. Com̄pensis autem et in
terfectis fontib; e uestigio restituit. Atq; utrūq; simul
prouidit. ne salutaris animaduersio. uel iniusta cēt vel
iure impediretur. Itaq; ut semper esse possent. aliquan
do non fuerunt. **S**ed nescio an hannōis excellen
tissime prudēcie consiliū. **M**agone enim cannēsis pugne
exitum senatui penoꝝū nunciante inq; tanti successus fi
dem anulos aureos triū modioꝝū mensuram explentes
fundente. qui interfectis nostris ciuib; detracti erant.
quesiuit an aliquis socioꝝū post tantam cladem a roma
nis deficisset. Atq; ut audiuit neminem ad hannibalem
transfisse. suasisit p̄tinus ut legati romani p̄ quos de pace
ageretur mitterētur. Cuius si sentēcia ualuisset neq; se
cundo punico bello uicta carthago neq; tercio delata fo
ret. **N**e sannites quidem paruas penas consimi
lis erroris pependerūt. quod heremij poncij salutare cō
siliū neglexerāt. qui auctoritate et prudēcia ceteros p̄
stans ab exercitu et duce eiꝝ filio suo consultus quid iā
fieri de legionibus romanis apud furcas candidas inclu
sis deberet. inuiolatas dimittēdas respondit. **P**ostero

quod dicitur de hanc
quod dicitur de hanc
quod dicitur de hanc

lucius hanc dicitur
quod dicitur de hanc
quod dicitur de hanc
quod dicitur de hanc
quod dicitur de hanc
quod dicitur de hanc
quod dicitur de hanc
quod dicitur de hanc
quod dicitur de hanc
quod dicitur de hanc

teret. obtusi se cordis esse simulauit. eaq; fallacia maxi-
mas virtutes texit suas. **P**rofectus eciã delphos cum
tarquiniij filijs quos is ad appollinem pithiũ munerib;
sacrificijs honorandũ miserat: aurum deo nomie doni
causa cauato baculo inclusum tulit. quia timebat ne si-
bi celeste numen aperta liberalitate uenerari tutũ nõ eẽt
Peractis deinde mandatis patris apollinem iuuenes
consuluerunt. quisnã ex ipsis rome regnaturus videret
At is penes cum summã vrbis nostre potestatem futu-
ram respondit. qui ante omnes osculũ matri dedisset.
Tum brutus pinde atq; casu plapsus: de idustria se ab-
iecit. terrãq; cõmunem omnũ matrem existimãs oscu-
latus est. **Q**uod tam vafre telluri impressum osculũ vr-
bi libertatem bruto primũ in fascis locũ tribuit.
Scipio quoq; supior p̄sidiũ calliditatis amplex⁹ est. **E**x
cicilia enim petēs affricã cũ e fortissimis peditib; roma-
nis trecetorũ equitũ numerũ complere uellet. neq; tam
subito eos posset instruere. quod temporis angustie nega-
bant sagacitate consiliij assecut⁹ est. **N**anq; ex his iuueni-
bus quos secũ tota sicilia nobilissimos et ditissimos sed
inermes habebat trecetos speciosa arma et electos equos
quã celerrime expedire iussit: uelõ eos continuo secũ ad
oppugnandũ carthaginẽ aduecturos. **Q**ui cũ impio ut
celeriter. ita longinquũ et piculosi belli respectu sollicitis
animis paruissent. remittere scipio illã expeditionem si
arma et equos militibus suis tradere uoluissent. edixit.
Rapuit condicionem in bellis et timida iuuent⁹ instru-
mentoz suo cupide nostris cessit. **E**rgo calliditas ducis
puidit. ut siquid ptinus imparet gratũ prius: deinde
remisso milicie metu maximũ beneficiũ fieret. **Q**uod
sequitur narrandũ est. **Q**uint⁹ fabius labeo arbi-
ter a senatu fmiũ constituendorũ inter uolanos ac neapo-
litanos dat⁹. cũ in rem p̄sentẽ venisset utrosq; separati
monuit. ut omiſsa cupiditate regredi mō controuersa

quã p̄gredi mallent . Idq; cum vtraq; pars auctoritate
viri mota fecisset . Aliquantũ in medio vacui agri re-
lictum est . Constitutis deinde finibus ut ipsi terminaue-
rant quidquid reliqui soli fuit . p . r . adiudicauit . Cete-
rum et si circũuenti nolani ac neapolitani queri nihil po-
tuerunt secundũ ipsoꝝ demõstrationem dicta sentẽcia : *imp̄bo tamẽ prestigiorũ genere nouum ciuitati nostre
uectigal accessit .* ¶ Eundem ferũt cũ a rege anthio-
co quem bello supauerat ex federe ic̄to dimidiã p̄ternam
um accipere deberẽt . medias omnes secuisse ut eum tota
classe priuaret . ¶ Nam marco antonio remitten-
dum cõuiciũ est : qui idcirco se aiebat nullã oracionẽ s̄p̄
sisse : ut siquid supiore iudicio actũ ei quẽ postea defensu-
rus esset nociturũ foret . non dictũ a se affirmare posset
q̄a facti vix prudẽtis causam tollerabilem habuit . Pro
periclitanciũ enim capite non solũ eloquentia sua uti s;̄
eciã verecundia abuti erat paratus . ¶ Sertorius vero
corporis robore atq; animi consilio parem nature indul-
gentiã exptus p̄scripcione sillana dux lusitanoꝝ fieri co-
actus . cum eos oracione flectere non posset . ne cũ roma-
nis vnũuersa acie confligere uellent . uastro consilio ad
suam sentẽciam p̄duxit . Duos enim in conspectu eozũ
constituit equos . alterũ validissimũ . alterũ infirmissi-
mum . Ac deinde validi caudã ab imbecillo sene paula-
tim carpi . infirmi a iuuenẽ eximiarũ viriũ vnũuersã cõ-
uelli iussit . Obtemperatũ imperio est . Sed dũ adolescen-
tis dextera irritò se labore fatigat . seniõ confecta manũ
ministeriũ executã est . Tunc barbarẽ concioni quozsum
ea res tenderet cognoscere cupiẽti subicit . equi caude con-
similem esse nostrũ exercitũ . cuius partes aliquis aggre-
diens opprimere possit . Vnũuersum conatũ p̄sternere ce-
lerius tradiderit uictoriã quã occupauerit . Ita gens ba-
bara aspera et regi difficilis . in exitũ suũ ruens . quã uti-
litatem auribus respuerat oculis p̄uidit . ¶ Fabius

autē maximus cui⁹ nō dimicare vincere fuit. cū p̄cipue
fortitudinis nolantū pedicē dubia fide suspectū et strenue
opere lucanū equitē amore scorti : depditū in castris habe
ret. ut utroq; potius bono milite vteret. quā in vtrūq;
animaduerteret alteri suspicionem suā dissimulauit. in
alterū disciplina paululū a recto tenore deflexit. Namq;
illū plene p̄ tribunali laudando omniq; genere honoris
p̄sequēdo animū suū a penis ad romanos coegit reuoca
re et hūc clam meretricē redimere passus. paratissimū p̄
nobis excussozē q; reddidit. Veniā nunc ad eos q;
quis sal⁹ astucia quesita est. marc⁹ uolusus edilis. pl
p̄script⁹ assumpto isiaci habitu p̄ itineris vias q; publi
cas stipeni petēs quisiā reuera esset occurrētis dinoscere
passus non est. Eoq; fallace genere text⁹. in marci bru
ti castra puenit. Quid illa necessitate miser⁹. que ma
gistratū. p. r. abiecto honoris pretecto alienigene reli
gionis obscuratum insignibus p̄ urbem iussit incedere.
Omnes autem hī sue uite aut illi aliene mortis cupidi q;
talia uel ipsi sustinuerūt. uel alios p̄peti roegerunt.

Aliquanto speciosius sentēcijs saturnini. vetulonis
in eodem genē casus vltime sortis auxiliū. Qui cū a tri
umuiris inter p̄scriptos nomē suū p̄positū audisset. cō
tinuo p̄tore insignia inuasit. p̄cedentibus q; in modum
licitorū et apparitorū publicorū et seruis subornatis ue
hicula comprehendit. hospicia occupauit. ob uios submo
uit. Ac tam audaci vsurpatione imperij ī maxima lu
ce densissimas hostilibus oculis tenebras offudit. Idem
ut puteolos uenit. perinde ac publicū ministeriū agens
summa cū licēcia correctis nauibus ī siciliā certissimū
tunc p̄scriptorū pfugiū penetrauit. His vno adiecto le
niori note exemplo. ad externa reuertar. Aman
tissimus quidā filij cū eum in concessis ac periculosiss fa
cibus accensum. ab insana cupiditate pater. imhibere uel
let. salubris consilij astucia patriā indulgenciā tempe

*Pro
a uti
s vero
re in del
i fieri co
roma:
suo ad
u corū
illi
paula
est hī
olden
a mar
necum
de con
ggre
ere a
ns hī
ā m
abus*

rauit. **D**ecit enim ut priusquam ad eam quam diligebat
iret. vulgari et pmissa uenere uteretur. **C**uius precibus ob
secutus adolescens. infelicis animi impetum facietate licen-
tis concubitus resolutum. ad id quod non licebat tardio-
rem igitur quam afferens: paulatim deposuit. **C**um
alexander rex macedonum sorte monitus. ut eum qui sibi
porta egresso primus occurrisset interfici iuberet: asinari-
um sorte omnis obuiam factum ad mortem arripere impe-
rasset: eoque querente quid nam se immerentem capitali sup-
plicio innocentem addiceret. cum ad excusandum factum
suum oraculi preceptum retulisset asinarius. **S**i ita est inquit
rex. alium fors huic morti destinauit. **N**am asellus quem
ego ante me agebam prior tibi occurrit. **D**electus alex-
ander et illius tam callido dicto. et quod ipse ab errore
reuocatus erat. occasionem in aliquanto uiliore anima
li expiande religionis rapuit. **S**umma in hoc cum callidi-
tate mansuetudo. summa quoque in alterius regis equi-
sone calliditas. **S**ordida magorum dominacione
psephide oppressa. darus rex adiutoribus eiusdem dignita-
tis assumptis. pactum cum preclari operis consortibus fecit.
ut equis insidentes solis ortu cursum in quendam locum
dirigerent usque regno potiretur cuius equus in eo primus
hinnisset. **C**eterum maxime mercedis compeditoribus for-
tune beneficium expectantibus: solus acumine. equisonis
sui ocrabans prosperum exoptate rei effectum assecutus est.
qui in eque genitalem partem demissam manum. cum ad
eum locum uentum esset naribus equi admouit. **Q**uo odo-
re irritatus ante omnes humilitatem edidit. **A**uditoque eo sex
reliqui summe potestatis candidati. continuo equis de-
lapsi ut est mos persarum humi prostratis corporibus dari-
um regem salutauerunt. **Q**uantum imperium quam paruo
interceptum est uasamento. **N**obias autem cuius sapi-
entia diuturnior est. inter homines quam patria priene
fuit. siquidem hec etiam nunc spirat. illius proinde atque ex

in de uestigia tantummodo exstant. ita aiebat oporté ho-
mines in usu amicitie uersari: ut meminissent eam ad g-
uissimas inimicitias posse conuerti. Quod quidem p-
ceptum prima specie nimis fortasse callidū videatur. ini-
micumq; simplicitati qua p̄cipue familiaritas gaudet.
sed si alcioribus in animis cogitacio demissa fuerit. per
quā utile reperietur. **L**amsacene vero vrbis salus
vnius vaframenti constitit beneficio. Nam cū ad excidi-
um eius summo studio alexander ferretur. p̄gressum q;
extra menia anaximenum p̄ceptorem suum vidisset. quia
manifestū erat futurū ut preces suas ire eius opponeret
non facturū se quod petisset iurauit. Tunc anaximenes
Petio inquit ut lamsatū diruas. hec velocitas sagaci-
tatis oppidū vetusta nobilitate inclitū. exicio cui desti-
natum erat subtrahit. **D**emostenis quoq; astucia
mirifice cuidam ancille succursum est. que pecuniā depo-
siti nomine a duobus hospicibus acceperat. ea condicio-
ne ut illam simul utrisq; redderet. Quorū alter inter-
fecto tempore tanquā mortuo socio squalore oblitus. de-
cepta ea omnes nummos abstulit. Supuenit deinde altē
et depositū petere cepit. Herebat misera in maxima pa-
ritate et pecunie. et defensionis penuria. ianq; de laqueo
et suspendio cogitabat. Sed oportune demostenes ei patro-
nus affulsit. Qui ut in aduocationem uenit. mulier
inquit parata est depositi se fide soluere. sed nisi sociū
adduxeris id facere non potest. quoniā ut ipse uocifera-
ris. hec dicta est lex ne pecunia alteri sine altero numēa-
retur. **A**t ne illud quidem parum prudenter qui a-
thenis vniuerso populo inuisus. causam apud eum capi-
tali crimine dicitur: maximū honorem subito petere ce-
pit. nō quod speraret se illum consequi posse. sed ut ha-
berent homines ubi p̄cursum ire qui acerrim⁹ esse solet
effunderent. Neq; eum hec tam callidū consilij ratio fe-
sellit. Conuicij enim clamore in festo et crebris tocuis

concionis sibilis uexatus. nota etiã denegati honoris p
strictus. eiusdem plebis paulo post in discrimine vite cle
mentissima suffragia expertus est. Quod si adhuc ei ul
cionẽ scienti capitis sui periculũ obiectisset. nullam par
tem defensionis odio obserate aures recipere. Huic va
framento consimilis illa calliditas. **S**uperior han
nibal a iulio consule nauali prelio uictus. timentiq; clas
sis amisse penas dare. offensam astucia mire auertit.
Nam ex illa infelici pugna prius quã cladis nuncius
dominũ ueniret. quendam ex amicis compositũ et for
matum carthaginem misit. Qui postquã ciuitatis ei
curiã intrauit consulit. uos inquit hanibal. cũ dux ro
manorũ magnas secũ maritimas trahens copias adue
nerit. an cũ eo confligẽ debeat. **A**clamauit vnũuersus
senatus non esse dubiũ quin oporteret. Tum ille. Con
flictũ inquit. et superatus est. Ita liberũ his non reliq̃d
id factũ damnare. quod ipsi fieri debuisse iudicauerant
Idem hannibal fabiũ maximiũ inuictã armorũ suoy
vim saluberrimis cunctacionibus pugne ludificantem.
ut aliqua suspicione trahendĩ belli respergeret. tocĩ ita
lie agros ferro igniq; uastando. Vnius eius fundũ im
munem ab hoc iniurie genere reliquit. **P**rofecisset ali
quid tanti beneficij insidiosa adumbracio eius nisi roma
ne vrbi et fabij pietas et hannibalis uafri mores fuisset
notissimi. **T**usculanis etiã acumine consilij inco
lunitas parca est. Cum enĩ crebris rebellacionibus me
ruissent ut eorũ urbem funditus romani euertere uellẽt
atq; ad id exequendũ furius canullus maximus dux va
lidissimo instructũ exercitu uenissent. Vniuersi ei rogati
obuiã pcesserũt. cõmeatq; et cetera pacis munia benigni
ssime prestiterũt. armatũ eciam intrare menia passi
sunt. nec vultu nec habitu mutato. Qua cõstancia trã
quillitatis non solũ ad amicitie nostre ius. sed eciam ad
cõmunionem ciuitatis quã usq; penetrarũt. Sagaci ber

cule usi simplicitate • quoniã apcius esse intellexerant •
mecũ officio dissimulare • quam armis ptege. **Ac**
uolscoꝝ ducis tullij execrabile consiliũ qui ad bellũ in fe
rendũ romanis maxia cupiditate accesus • cum aliquod
aduersis prelijs contusos animos suozũ et ob id pati p
niores animaduertet insidiosa ratione quo volebat co
pulis. **Nam** cũ spectandozũ ludozũ gracia magna uol
scoꝝ multitudo romanĩ cõuenisset • consulibus dixit •
vehementer se timere • nequid hostile subito molirentur •
monuitq; ut essent cauciores • et p̄tinẽ ut ipse vrbe egres
sus est. **Quã** rem consul ad senatum retulerunt. **Qui**
tãetsi nulla suspicio suberat • auctoritate tamẽ tullij cõ
motus • ut ante noctem uolsco abirẽt decreuit. **Qua** cõ
tumelia irritati • facile ipelli potuerunt ad rebellandũ •
Ita mendaciũ uersuti ducis simulatione beniuolẽcie in
uolutũ • duos simul populos fefellit **Romanũ** ut ison
tes notaret • uolscoũ ut deceptis irasceretur.

Capitulũ quartũ de strategamatis

Lla uero pars calliditatis egregia • et ab omni re
p̄hensione p̄cul remota • cuiũ opera quia appellaci
one nostra uix apte exprimi possunt • greca pro
nunciacione strategemata dicantur. **Omnibus**
militaribus copijs tullius hostilius fidenas aggressus
que surgẽtis imperij nostri in cunabula crebris rebellaci
onibus torpere passe non sunt • finitimisq; tropheis ac
triumphis alitã virtutem eius spes suas vltẽrius promo
uere docuerunt. **Metuis** suffeccius dux albanozũ dubiã
et suspectã semper societatis sue fidem repente i ipsa acie
detexit. **Detecto** enĩ romanĩ exercitus latere in p̄ximo
colle confedit pro adiutore speculatoꝝ pugne futurus • ut
aut victis insultaret • aut victores fessos aggrediretur.
Non erat dubiũ quom ea res militũ nostrozũ animos d
bilitatura eẽt • cũ eodem tempore • et hostes confluere • et

auxilia deficere cernerent. Itaq; ne id fieret. tullus pro-
uidit. Concitato enī equo omnes pugnantiū globos per-
cucurrit. predicans suo iūssu secessisse meciū. eumq; cum
ipse signū dedisset inuasurū fidenaciū terga. Quo im-
peratore artis consilio metum fiducia mutauit. Proq;
trepidacione alacritate suorū pectora repleuit. **E**t
ne continuo a nostris regibus recedam: sext^{us} tarquini-
us tarquiniū filius. indigne ferens quod patris uiribus
expugnari gabij nequirēt: ualenciozem armis excogi-
tauit rationem. qua interceptū illud oppidū romano
imperio addiceret. Subito nanq; se ad gabinos contulit
tanquā parētis seuciā et verbera que voluntate sua per-
pessus erat fugiēs. ac paulatim uniuscui^{us}q; factis et cō-
positis blandicijs alliciendo benuolenciā et apud omnes
plurimū posset consecutus familiarem suum ad patrem
misit iudicaturū: quemadmodū cuncta in sua manu ha-
beret. et quesiturū quidnā fieri uellet. Iuuenili callidi-
tati. senilis astucia respondit. Siquidem re eximia dele-
ctatus tarquinius. fidei autem munciū parū credēs nihil
respondit. sed seducto eo i ortū maxima et altissima pa-
pauerū capita baculo decussit. Cognito adolescens silen-
cio simul ac patris facto causam alterius argumēti pro-
uidit. Nec ignorauit precipi sibi ut excellentissimū quē
q; gabinozū aut exilio submoueret. aut morte consume-
ret. Ergo spoliata bonis ppugnatoribus ciuitatem. tā-
tum non uinctis manibus ei tradidit. Illud quoq; ma-
ioribus et consilio prudenter et exitu feliciter puium.
Cum enī vrbe capta: galli capitolū obsiderēt solamq;
potendi eius spem in fame eozū repositā animaduerte-
rent. perquā callido genē consilij romani usi unico per-
seuerancie irritamēto victores spoliauerūt. Panes enī
iacere cū pluribus e locis ceperunt. Quo spectaculo ob-
stupefactos infinitāq; frumēti habundanciā nostris sup-
esse credentes. ad pactionem omittēde obsidionis comi-

pulerunt. Misertus est tunc pfecto iupiter romane vir-
tutis. presidium ab astucia mutuantis. cum summa alimen-
torum inopia precii presidia inopie cerneret. Igitur ut
vafro ita periculoso consilio salutarem exitum dedit.
Idemque iupiter postea prestantissimorum ducum nostrorum
sagacibus consiliis precipue aspiravit. Nam cum alterum
italie latus hannibal laceraret alterum inuasisset haldru-
bal ne duorum fratrum iuncte copie intollerabili onere fel-
sas simul res nostras urgeret. Hunc claudij neronis ve-
getum consilium. illinc linij salinatoris inclita prudentia
effecit. Nero enim compresso a se in lucanis hannibale.
presentiam suam quonia ita ratio belli desiderabat meritis
hosti. ad openi college ferendam per longum iter celeritate
mira tetedit. Salinator in umbria apud metaurum flumen
proximo die dimicaturus. summa cum dissimulatione nero-
rem castris noctu recepit. Tribunos enim a tribunis.
Centuriones a centurionibus. equites ab equitibus pedi-
tes a pedibus excipi iussit. Ac sine ulla tumultuacio-
ne solo vix unum exercitum capiende alterum inseruit. Quo
euent ne haldrubal cum duobus se consulibus prehaturum
prius sciret. quam utriusque virtute prosterneret. Ita illa
toto terrarum orbe infamis punica calliditas romana elu-
sa prudentia. hannibalem neroni haldrubalem salinatori
decepiendum tradidit. **M**emorabilis etiam consilij
q. metellus qui cum pro consule bellum in hispania adversus
celtiberos gereret. urbemque trebiam caputque eius gentis
viribus expugnare non posset. intra periculum suum multum
ac diu consiliis agitata. viam reperit. qua propositum ad exitum
perduceret. Itinera magno impetu ingrediebatur
deinde alias atque alias regiones petebat. Hos modo obside-
bat motes pauloper ad illos transgrediebatur. Cum inter-
rim tam suis omnibus quam ipsis hostibus ignota erat
causa. in opinione eius ac subite fluctuationis. Interro-
gatusque a quodam amatissimo sibi quid ita sparsum et

incertū militie genus sequeretur. absiste inquit istud que-
rere Nam si huius consilij mei interiorē tunicā consci-
am esse sensero. continuo eā cremari iubebo. Quorsum
igitur ista dissimulatio erupit aut quem finem habuit?
Postquā uero et exercitū suū ignorantia et totā celtibe-
riam errore implicabit. cū alio cursum direxisset. subito
ad trebiā reflexit. eamq; inopinatā et attonitā oppres-
sit Ergo nisi mentem suā dolos scrutari coegisset. ad vl-
timā ei senectutem apud menia trebie armato sedendum
foret. *Exercit:* Agathodes autem siracusanoꝝ rex audaciē
callidus. Cum enim urbem eius maiore ex parte cartha-
ginenses occupassent. exercitū suū in affricā traiecit. ut
metū metu. vim vi discuteret. Nec sine effectu. Nam
repentino eius aduentu perculsi peni libētē incolumita-
tem suam salute hostiū redimerunt. Pactiq; sunt ut eo-
dem tempore et affrica siculis et sicilia punicis armis li-
beraretur. Age si siracusanoꝝ menia tueri perseueras-
set illa belli malis vrgeretur. bona pacis fruenda secure
carthagini reliquisset. Nunc inferendo que paciebatur
dum alienas potius lacessit opes quā suas tuetur. quo e-
quiore animo regnū deseruit. eo tucius recepit. Quid
hannibal canēsi pug. p. r. aciem nōne priusquā ad di-
micandū descenderet compluribus astucie copulatam la-
queis ad tam miserabilem pduxit exitum. *bas lignis pharis* Ante enī om-
nia puidit ut et solem et puluerem qui ibi uento mul-
tis excitari solet aduersum haberet. Deinde partem copi-
arum suarū inter ipsum prelij tempus de industria fugē-
iussit. Quam cū a reliquo exercitu abruptam legio ro-
mana sequeretur. trucidandā eam ab hijs quos ī insidijs
collocauerat curauit. Postremo quadringētos equites
subornauit. qui simulata transicione petierunt consulē
A quo iussi more transfugariū depositis armis in vlti-
mam pugne partem secedere districtis gladijs quos intē
tunicas et loricas abdiderant poblites pugnantiū roma

noziū ceciderunt. Hec fuit punica fortitudo. dolis et insi-
dijs et fallacia instructa. que nunc certissima circūuente
virtutis nostre excusatio est. quoniā decepti magis quā
victi sumus.

Capitulū quintū de repulsis

Campi quoq; representata condicio. ambiciosam ī-
gredientes viā ad forcius sustinendos parū p̄speros
comiciozū euentus. vtiliter instruxerit. quia p̄posi-
tis ante oculos clarissimozū virozū repulsis vt non mi-
nore cū spe honores ita prudencioze cū animi iudicio pe-
tent. meminerintq; nefas non esse aliquid ab omnibus
vni negari. Cum sepenumero singuli cunctozū volunta-
tibus resistere fas esse duxerint. scientes eciā paciēcia
queri debere quod gracia impetrari nequerit. **Q**u-
dius tuberio a. q. fabio maximo epulū populo nomine
p. affricani patruū sui dante rogatus. ut triduiū sterne-
ret lectulos punicanos. pellibus edinis strauit. et pro
argētis vasis sanna exposuit. Cuius rei deformitas sic
homines offendit ut cū alioquū vir egregius haberetur
comicijs q; p̄torijs candidatus in campū. l. paulo auo
et publico affricano auunculo nixus descēdisset. repulsa
inde abiret notat. Nam vt p̄uatiq; semper continenci-
am p̄babant. ita publice maxima cura splendoris habi-
ta est. Quocirca vrbs non vnus conuiuij numerum
sed totā se in illis pelliculis iacuisse credēs. ruborem epu-
li suffragijs suis vindicauit. **P**ublius autem sci-
pio nasica togate potencie clarissimū lumen. qui consul
iugurthe bellū indixit. qui matrem ideam ephrigijs se-
dibus ad nostras aras focosq; migrantem. sanctissimis
manibus excepit qui multas et pestiferas sediciones au-
toritatis sue robore oppressit. quo principe senatus per
aliquot annos gloriat⁹ est. cū edilitatem curulem adole-
scens peteret. manūq; cui⁹dam rustico opere duratā mo-
re candidatoy tenaci⁹ apprehēdisset. iocī grā iterrogauit

*Epulū populo nomine
p. affricani patruū sui
dante rogatus.*

eū. nūm manibus solit⁹ esset ambulare & Quod dictū
a circūstantibus exceptū ad populū manauit causamq;
repulse scipioni attulit. Omnes nanq; rustice trib⁹ pau-
pertatem sibi ab eo expbratā iudicātes. iram suā adue-
sus contumeliosam eius vrbānitātē distrinxerunt. Igit̄
ciuitas nostra nobiliū iuuenū ingenia ab insolentia re-
uocando. magnos et vtilis ciues fecit. honoribusq; non
paciendo esse a securis peti debitū auctoritatis pond⁹ ad-
iecit. ¶ Nullus error talis in .l. emilio paulo con-
spect⁹ est. sed tamen aliquor̄ies frustra consulatū petiit.
Idemq; cū iam campū repulsis suis fatigasset. bis con-
sul et censor fact⁹ est. amplissimū etiā dignitatis gradū
obtinuit. Cuius virtutem iniurie non fregerunt. sed a-
cuerunt. quoniā quidem ipsa nota accēsam cupiditatem
summi honoris ardenciozem ad comicia detulit. vt popu-
lum quia nobilitatis splendore et animi sui bonis moue-
re non potuerat. pertinacia vinceret. ¶ Q. autem
ceclii metellū pauci et nesci amici consulatus repulsa.
afflictum tristitia ac rubore plenū domum reduxerunt.
Et eundem de pseudo philippo triūphantem vnīuersus se-
natus letū et alacrem in capitoliū p̄secut⁹ est. Achaici
eciā belli cui summā manū .l. mummio adiecit. maxia
pars ab hoc viro p̄fligata est. Ei ne ergo populus con-
sulatum negare potuit cui mox duas clarissimas p̄m-
cias aut datur⁹ erat aut debitor⁹ achaidā ac macedoniā
Et quidem hoc facto meliore eo ciue usus est. Intellexit
enim quā industrie sibi gerendus esset consulatus. quem
tanto labore impetrari senserat. ¶ Quid tam excel-
lens quid tam opulentū quā .l. silla. diuicias. imperia
largit⁹ est. leges vetustas abrogauit. nouas tulit. Hic
quoq; in eo campo cui⁹ postea domin⁹ extitit repulsa p̄-
ture suggillat⁹ est omnia loca petiti honoris si quis mō-
deorū formā et imaginem eius future potencie. p. r. re-
presentasset impetratur⁹ ¶ Sed ut comiciozū maximū

crimē referam . m . potius cato plus moribus suis pre-
ture decoris adiecturus . quā p̄texto eius splendoris ipse
laturus . consequi illam a populo aliquādo non potuit
Proxima demēcie suffragia . que quidem satis graues
penas erroris sui perpenderunt . quoniā quem honorem
catonī negauerant . vatinio dare coacti sunt . Ergo si ve-
re estimare volumus non catonī tunc p̄tura . sed p̄ture
cato negatus est .

De necessitate

Ab hominande quoq; necessitatis amarissime le-
ges et truculentissima imperia . urbem nostram .
tūc etiam exterarū gentes multa non intellectu
tantū . s; etiā auditu grauiā perpeti coegerunt . **M**ā
aliquot aduersis prelijs secundo punico bello exhausta
militari inuentute romana senat⁹ auctore tito graocho
consuli censuit . uti publice serui aduersum apulianorū
hostiū impetū emerētur . Ea q; de re p . tr . pl . ad populū
lata rogacione tres creati sunt viri qui quatuor et vigi-
ti mi . milia seruorū comparauerunt . ad actosq; uirciu-
rando strenuā se fortemq; operam daturus quoad peni es-
sent in italia . data arma in castra miserunt . **E**x apulia
etiā et a fiduculis septuaginta atq; ducēti ad supplemē-
tum equitatis sunt empti . **Q**uanta violencia est casus
acerbi . **Q**ue ciuitas ad id tempus ingenueq; originis ca-
pite censos habere milites fastidierat eadem cellis seruili-
bus extracta corpora et a pastoralibus casis collecta mā-
cipia . uclut p̄cipuū firmamentū exercitū suo adiecit . **C**e-
dit ergo interdū generosus spiritus utilitati et fortune
uiribus succūbit . vbi nisi tuciora consilia legens . specio-
sa sequenti concidendū est . **C**annensis autem cla-
des adeo urbem nostram vehementer confudit ut . m . in
nū opera dictatura . r . p . administrantis spolia hostium
affixa templis deorū numini consecrata instrumēto mi-
licie p̄futuro conuellerentur . ac pretextati pueri arma ī-
duerent . addictorū etiā et capitali crimine damnatorū

• vi. milia conscriberent . Que si per se aspiciant aliqd
ruboris habeant . si autem ad motis necessitatis viribus
ponderentur . seuiçie temporis conueniçia presidia vide-
antur

Propter eandem cladem senatus octacilio
qui siciliam cornelio manmule qui sardiniã p ptozibz
optinebant . querentibus quod neqz stipendiũ neqz frumẽ
tum classibus eozũ et exercitibus socij preberet . affirmã-
tibus eciã nec habere quidem eos vnde id prestare pos-
sent . rescripsit erariũ longinquis impensis nõ sufficere
proinde quo pacto tante mopie succurrendũ esset ipsi p
uideret . his literis quid aliud quã imperij sui governa-
cula e manibus abiecit . siciliãqz et sardiniã benignis-
simas vrbis nostre nutrices gradus stabilitã mēta belloz
tam multo sudore et sanguine in potestatem redactas .
paucis verbis te scilicet necessitate iubente dimisit &

Eadem cassilmates obsidione hannibalis clausi alimẽ
tozũqz facultate defecti loza necessarijs vinculozũ vsibus
subducta . eque scutis detractas pelles feruētũ resolutas a
qua mandere voluisti . Quid illis si acerbitatem casus
intuere miserius si constanciã respicias fideli? & Qu-
ne a romanis desisteret tali uti tibi genere sustinuerunt .
cum pinguisima arua sua fertilissimosqz campos suos
menibus suis subiectos intuerentur . Itaqz campane vr-
bis que punicam feritatem delicijs suis cupide fouit in
ppinquo situm cassilinũ modo rarum . virtute clarũ per-
seuerantis amicicie pignore impios oculos uerberauit

In illa obsidione et fide cum treceti pnestini pmane-
rent . euenit ut ex his quidã murem captũ ducentis poti-
us denarijs vendere . quã ipse leniẽde famis gracia consu-
mere mallet . Sed credo deozũ puidẽcia effectũ et uendito-
ri et emptozũ quem vterqz merebatur exitum attribuit .
Avaro enĩ et fame consumpto manubijs sordiu suarum
frui non licuit . equi animi vir ad salutarem impensam
faciẽdã care quidẽ . verũ necessarie comparato cibo vixit

Sed autem mario .gn. carbone consul' ciuili bello cū
.l. Sulla dissidētibus quo tempore non .r. p. uictoria que
rebat' . sed p̄mū uictorie erat . r. p. s. c. aurea atq; argē:
tea templorū ornāmēta ne militibus stipēdia deessent cō
flata sunt. **D**igna enī causa erat . hi ne an illi crudelita
tem suam p̄scriptione ciuū faciarent . ut dii immortales
spoliarētur. **N**on ergo . p. c. uoluntas . sed teterrime ne
cessitatis truculenta manus illi consulto stilū suū impres
sit. **D**iuī iulij exercitus idest inuicti ducis inuicta
dextera cū armis numanciā clausisset . aggeriq; extruen
do materia deficeretur . congerie hostiliū cadauerū quam
desiderauerat altitudinem instruxit . eamq; tragulis et
pilis quia roboree sudes deerant magistra noue molicio
nis necessitate usus uallauit. **A**tq; ut diuinam filij
mentionem celesti patris recordationi subnectā . cū effu
surus se in nostras puincias parthorū p̄hates videre
tur . vicineq; imperio eius regiones subita idiōti tumultu
denunciacione quaterētur . tanta in bosphorano tra
ctu cōmeat' penuria incessit uti sex milibus denarijs sui
gula uasa olei . frumētisq; modijs totidem mancipia per
mutarētur. **S**ed amarissimā tempestatem anguste cura
tutele tunc terrarū orbe uagans dispulit. **C**retensibus
nihil tale presidū affulsit . qui obsidione metelli ad ul
timāq; penuriā cōpulsi : sua iumentorū q; suorū vrina
sitiim torserunt . iustus dixerim quā sustētarunt . quia
dum uinci timent . id passi sunt quod eos ne uictor quidē
pati coegisset. **N**umantini autem a scipione uallo
et aggere circūdati . cū omnia que famem eorū trahere
poterant consumpsissent ad vltimū humanorū corporū da
pibus vsi sunt. **Q**uappter capta iam vrbe . complures
inuenti sunt artus et membra trucidatorū corporū sinu
suo gestantes. **N**ulla est in his necessitatis excusacio .
Nam quibus mori licuit sic viuere necesse non fuit.
Horum trucem p̄tinetiam in consimili facinore ca'la

gurritanoꝝ execrabilis impietas supgressa est. qui p̄sene
rancius iterempti fertorij cineribus obsidionē. gn. pom
pei frustrantes fidem prestatēt. quia nullū iam aliud ī
vrbe eorū supererat animal. uxores suas natoꝝq; ad vsū
nefarie dapis uerterunt. Quoꝝq; diuicijs armata iuuē
tus uiscera sua uisceribus suis aleret. infelices cadauerū
reliquias fallire non dubitauit. En quem aliquis ī acie
hortaretur. ut p̄ salute coniugū et liberorū fortit̄ dimi
caret. Ex hoc nimirū hoste tanto duci pena magis quā
uictoria petenda fuit. quia plus vindicat̄ libertatis q̄
uictus glorie afferre potuit. cū omne serpentū ac ferarū
genus comparacione sui titulo feritatis supauit. Nan
q; illis dulcia uite pignora pprio spiritu cariora sunt. ea
calla gurritanis prandia. atq; cene extiterunt.

Capitulū septimū de testamētis que rescissa sunt

Vacemus nunc negotioꝝq; actorū hominis et preci
pue cure et vltimi est temporis Consideremus que
q; testamēta aut rescissa sunt legitime facta aut
cū merito rescindi possent rata manserunt. que ue ad a
lios quam qui expectabant honorem hereditatis transtu
lerunt. **A**tq; ita ut eo ordine quo p̄posui exequar
militātis cuiꝰdam pater cū de morte filij falsum e castris
nunciū accepisset. qui erat falsus. alijs heredib; scriptis
decessit. **P**eractis deinde stipendijs adolescens domum
petit. **E**rrore patris. impudēcia amicorū domū sibi clau
sam reperit. **Q**uid enim illis in uerecundius & florem
iuuente p. r. p. assumpserat. maximos labores ac plu
rima pericula tolerauerat. aduerso corpore exceptas cic
trices ostendebat. et postulabat ut auicos eius lares oci
osa ipsi vrbi onera possiderēt. **I**taq; depositis armis co
actus est in foro togatam ingredi militiā acerbe cū im
bissimis enī heredib; de paternis bonis apud centū viros
contēdit. omnibusq; non solū consilijs sed etiā sentēcijs
superior discessit. **I**tem mannei carseolani splendis

simi equitis romani filius a suffenate a iunctulo suo ad:
optat⁹. testamentum naturalis patris quo pterit⁹ erat
apud centū viros rescindit. cū ī eo tullian⁹ pōpēij ma:
gni familiaris ipō quidē pompeio signatore heres sēpt⁹
cēt. Itaq; illi ī iudicio plus cū excellentissimi viri gra:
cia quā cū parentis cinerib; negocij fuit. Ceterū quā:
uis vtraq; hec aduersus nitebant. tamē paterna bona
obtinuit. Nam. l. quidē sextilius. p. popilius quos
. m. anneus sanguine sibi cōiunctos eadē ex parte qua
tullianū heredes fecerat. sacramēto cū adolescētulo con:
tendere ausi nō sunt. tametsi precipius eo tempore ma:
gni virib; ad defendēdas tabulas testamēti inuitari po:
terant. et aliquantū adiuuabant heredes. q̄. m. anne:
ius. ī suffenatis familiam ac sacra transferat. Sed artif:
simū iter homines. pcreacionis vinculū patris simul vo:
luntatem et principis auctoritatem superauit.

. G. autem terciū a patre infantem ex hereditū petro:
nia matre quā tritius quo aduixit ī matrimonio ha:
buerat natū. diuus augustus ī bona paterna ire decre:
to suo iussit. patris patrie animo vsus. quoniā triti⁹
in pprio iure pcreato filio summa cū iniquitate pater:
num nomē iurgauerat. Septicia quoq; mater
trathalorum ariminensū irata filijs in contumeliam
eorū cū iam parere nō posset publico seui admodū nu:
psit. testamēto eciam vtroq; pterito. A quibus adit⁹
diuus augustus. et nuptias mulieris et suprema iudi:
cia impbauit. Nam hereditatē maternā filios habere
iussit: dotem. quia non creandorum liberorum causa
coniugū intercesserat virum retinere vetuit. Si ipsa
equitas hac de re cognoscere potuisset. ne iustus aut
gracius pnunciaret. Spernis quos genuisti. nubis ef:
feta. testamēti ordinem. violento animo confundis.
neq; erubescis ei totum patrimoniū addicere. cui⁹ pollu:
to iam corpori marcidam senectutem tuam substraxisti

Ergo dum sic te egeris . ad inferos vsq; celesti fulmine
afflata es. ¶ Egregia . g . quoq; calpurnij pisonis
prefecti vrbis constitutio . Cum enim ad eum terencius
ex octo filijs quos in adolescentiam perduxerat ab vno
in adoptionem dato ex hereditate se querelam detulisset . bonorum adolescentis possessionem ei dedit . heredes
q; lege agere passus nõ est . ¶ Nouit pfecto pisonem pa-
tria maiestas . donum vite . beneficiũ educationis . sed
aliquid etiam flexit . circumstanciũ liberorum numerũ .
quos cum patre septem fratres in pie ex hereditate vi-
debat . ¶ Quid mamerti enulij lepidi consul quã
graue decretum ¶ Genicius quidem matris magne gal-
lus a . gñ . oreste pretore vrbis impetrauerat . ut resti-
tuti se in bona veniani iuberet . quorũ possessionẽ secũ-
dum tabulas testamẽti ab ipso acceperat . ¶ Appellatũ
mamertus a surdmo cuius libertus genitũ heredem fece-
rat . p̄toriam iurisdictionem abrogauit . quod diceret
geniciũ amputatis sui ipsius sponte genitalibus corpo-
ris partibus neq; virorũ neq; mulierũ numero haberi
debere . Conueniens mamerto . conueniens principi se-
natus decretũ quo p̄sum est ne obscena genicij presen-
cia inquinata q; voce tribunalia magistratũ sub spe-
cie petiti iuris polluerentur . ¶ Multo . q . metellũ
pretorem urbanũ seueriorem egit . quã orestes gesserat
qui vetilio lenoni bonorum iuueni possessionem secun-
dum tabulas testamenti ñ dedit . quia vir nobilissimũ
et grauissimus fori ac lupanaris separandam condicio-
nem existimauit . nec ad factũ illius compbare voluit
qui fortunas suas in stabulũ contaminatũ piccerat .
aut huic tanquam integro ciui cura reddere . qui se ab
omni honesto vite genere abruperat . ¶
Capitulum octauum que rata manserunt cum causas
haberent cur rescindi possent .

His rescissorum testamentorum exemplis contenti
attingamus ea que rata manserunt. cum causas
haberent propter quas rescindi possent. ¶

Quam certe quam etiam note insanie tuditanus ut po-
te qui populo nummos sparserit. togamque velut tra-
gicam vestem in foro trahens maximo cum hominum visu com-
spectus fuerit. ac multa his consentanea fecerit. Testa-
mento filium instituit heredem. quod tiberius longus san-
guine ei primus haste iudicio subuertente frustra conatus
est. Magis enim centum viri quid scriptum esset in tabulis.
quam quis ea scripsisset considerandum estimauerunt.

Vita tuditani demens ebullientie autem. quod lucij menenij
agnippe vxor fuerat tabule testamenti plene furoris. Nam
cum haberet duas simillime probitatis filias pletonia
et affroniam animi sui potius inclinacione puecta quam
vllis alterius iniurijs aut officijs commota. pletoniam
tantummodo heredem instituit. filijs etiam affronie
admodum amplo patrimonio. xx. nummum legauit. Aff-
fronia tamen cum sorore sacramento contendere noluit.
testamentumque matris paciencia honorare quam iudicio
conuellere facius esse duxit. eo seipsam indigniorem ini-
uria ostendens. quo eam equiore animo sustinebat. ¶

Minus mirandum errorem muliebrem. quod metellus fe-
cit. Is namque plurimis et celeberrimis eiusdem nomi-
nis viris. in vrbe nostra vigentibus claudiorum etiam
familia quam artissimo sanguinis vinculo coniungebat
florente currinatem solum heredem reliquit. nec hoc te-
stamentum eius quisquam acceptauit. ¶ Item pom-
peius reginam viri transalpine regionis cum testamento
fratris preteritus esset. et ad coarguendam iniquitatem
eius binas tabulas testamentorum suorum in comicio
incisas habita vtriusque ordinis maxima frequencia re-
citasset. in quibus magna ex parte heres frater erat sep-
tus. prelegebatque ei cencies et quinquagies sestercium

multū ac diu intē assenciētes indignacioni sue amicos
questus quod ad haste iudiciū attinuit. cineres fratris
quietos eē passus est. et erant ab eo īstituti heredes neq;
sanguine pegino vel pagano pares. neq; p̄xi mi sed ali
eni et humiles ut nō solum flagiciosum silentiū sed eti
am prelatio contumeliosa videri posset eque felicitis im
punitatis Sed nescio an tetrioris hec delicti testamēta

Capitulum nonum de his **Q**ue aduersus opinionem
hominum heredes habuerunt

Quintus cecilius. l. lucilli promptissimo studio
maxia q; liberalitate et honestū dignitatis gra:
dū et āplissimū p̄imoniū cōsecut⁹. cū p̄ se semp
tulisset vnū illum sibi eē heredē moriens etiā anulos ei
suos tradidisset pompeium atticū testamēto adoptauit
omniūq; bonorum heredem reliquit. Sed fallaces et ī:
sidiosi cadauer. p. r. cernicibus recte circūdatum p̄ viā
trahit. Itaq; nefarius homo filiū quidem et heredem
habuit quem voluit. funus autem et exequias quales
meruit. ¶ Neq; alijs dignus fuit. titus marius
vrinas qui ab infimo milicie loco beneficijs diui augu
sti impatoris ad summos castrensīs honores perductus.
eorūq; vberimis questibus locuples factus. nō solū ce
teris vite temporibus ei se fortunas suas relinquere. a
quo acceperat predicauit. sed etiā pridie quam expi:
raret idem istud ipsi augusto dixit. cū interim ne no:
men quidem eius tabulis testamenti adiecit. ¶ **L.**
autem valerius cui cognomen heptacordo fuit togatū
hostem corneliū bello expertus. utpote ope eius et con:
silio compluribus priuatis litibus vexatus. ad vlti:
mūq; subiecto accusatore capitali crimine accusatus.
p̄teritis aduocatis et patronis suis. solū heredē reliquit
¶ Nimirum cōnsternacio que animū eius transuersum
egit. amauit enī sordes suas. et dilexit pericula. et dam

nacionem voris expetiunt. auctorem harū rerū beniuolencia ppulsatorem odio insecutus. ¶ **T**. barrulus lentulo pintheij cui⁹ amantissimū animū liberalissimā amicitiam senserat. decedēs anulos suos p̄inde atq; vni co heredi tradidit. quem nulla ex parte heredem relinquebat. Quantū illo momento tempis consciencia si modo vires quas habere creditur. possidet a teterimo homine suppliciu exegit. Inter ipsam enim fallacis et nigrate culpe cogitacionem spiritū posuit quasi tortore aliquo mentem eius intus cruciante. quod animaduvertebat e vita ad mortem transitū suū et supnis inuisum esse. et inferis detestabilem futurum. ¶ **A**. vero popilius senatorij ordinis opiū gallū ab ineunte etate familiarissimū sibi moriens p̄ vetusto iure amicitie et vultu benigno respexit et verbis magnū pre se amorem ferentib; prosecutus est. Vnum eciam de multis qui assidebant vltimo complexu et osculo dignū indicauit. Sup̄ q; anulos quoq; suos ei tradidit videlicet ne quid ex ea hereditate quam nō erat auditurus amitteret. Quod ocins vir diligēs. sed moriētis amici plenum contumelie ludibriū. in locellū repositos et a p̄sentibus assignatos diligentissime heredibus illius exheres ipse reddidit. Quod hoc loco in honestius aut quid intempestiuus. Senator. p. r. curia egressus homo vite fructib; continuo capturus sanctissima iura familiaritatis morte pressis oculis & spiritu sup̄mos anhelat⁹ reddēte scurril; lusu suggillāda sibi desumpsit

¶ Capitula libri octau

Primum. Infames rei quibus decausis absoluti a damnati sunt. ¶ **S**ecundū de priuatis iudicijs insignibus. ¶ **T**ercium que mulieres apud magistrates pro se aut alijs causas egerunt. ¶ **Q**uartū de questionib; ¶ **Q**uintū de testibus. ¶ **S**extum **Q**ui. que i alijs vindicarant ipsi cōmiserūt. ¶ **S**eptimū de studio et indu;

stria. ¶ Octanum de cetero. ¶ Nonum Quanta vis elo-
quencie est. ¶ Decimū Quantū momentū sit in pro-
nunciacione et aperto motu corporis. ¶ Undecimū
Quam magni effectus arcum sint. ¶ Xij. Quedam
nulla arte effici posse. ¶ Xij. Sue quemq; artis opti-
mum et auctorem esse et disputatorem. ¶ Xij. de sene-
ctute. ¶ Xv. de cupiditate glorie. ¶ Xvi. Que cuiq;
magnifica contigerunt.

¶ Capitulum primum

Nunc quoq; ut equiore animo ancepsites
iudiciorum motus tollerentur. recorde-
mur inuidia laborantes pro quibus cau-
sis aut absoluti sint aut damnati.

¶ M. oracius interfecte sororis crimine a
tullio rege damnatus. ad populū puo-
cato iudicio absolutus est. Quorū alterū atrocitas
necis mouit. alterū causa flexit. quia iminaturū vir-
ginis amorem seuerē magis quam impie punitū existi-
mabat. Itaq; forti punicione liberata. fratris dextera
tantū consanguineo quantū hostili cruore glorie hauri-
re potuit. Ac rem se tunc pudicie custodem. p. r. po-
stea plus iusto placidū iudicem prestitit. Cum a libo-
ne. tr. pl. seruius galba p. rostris uehementē increpare-
tur quod lusitanorū magnam manū interposita fide
pretor in hispaniam iteremisset. actioniq; tribunicie
¶ M. catho vltime senectutis oracione sua quam in ori-
gine retulit subscriberet. reus p. se iam nihil recusans
paruulos liberos suos et galli sanguine sibi coniunctū
filiū flens cōmendare cepit: eoq; facto mitigata conci-
one. qui omnium consensu periturus erat pene nullū tri-
ste suffragiū habuit. Misericordia vero illam questio-
nem nō equitas rexit. quoniam que innocencie. tribui
nequierat absolutio. respectu puerorū data est.

Consentaneū quod sequitur a gabinius in maximo i.

famie sue ardore suffragijs populi meminio accusato-
 re subiectus abrupte esse spei videbatur: quoniam et ac-
 cusatio partes suas plene exhibebat et defensionis pre-
 sidia inualida fide nitentur. et qui iudicabant ira
 precipiti penam hominis cupide expetebant. Igitur licet
 et carcer ante oculos obuersabantur. cum interim omnia
 ista propicie fortune interuentu dispulsa sunt. filius
 namque gabinij siscenna consternationis impulsu ad pe-
 des se memij suplex prostravit. Inde aliquod fomentum
 procelle petens. unde totius impetus tempestatis crupe-
 rat. Quam truci vultu a se victor insolens repulsum.
 excusso e manu anulo humi iacere aliquamdiu passus
 est. Quod spectaculum fecit ut leuis. tr. pl. appbiantibus
 cunctis gabinium dimitti iuberet. ac documentum da-
 retur. neque secundarum rerum puentu insolenter abuti
 neque aduersis proprie debilitari oportere. Idque proximo
 exemplo eque patet. **A**ppius claudius nescio re-
 ligionis maior an patrie iniuria siquidem illius vetu-
 stissimum morem neglexit. huius pulcherrimam classem
 amisit. infesto populo abiectus: cum effugere debitam pe-
 nam nullo modo posse crederet. subito cohorti imbris
 beneficio tutus fuit a damnatione. Discussa enim que-
 stione aliam velud dijs interpellantibus de integro in-
 staurari non placuit. Ita cui maritima tempestas cau-
 se dictionem contraxerat. celestis salutem attulit. **E**-
 odem auxilij genere tucie virginis vestalis incesti cri-
 minis ree castitas infamie nube obscurata emerfit. que
 consciencia certe sinceritatis sue spem salutis ancipiti
 argumento ausa petere est. **A**rrepto enim cribro vesta
 inquit si sacrificijs castas semper admouit manus. effi-
 ce ut hanc hauriam e tiberi aquam et in edem tuam pro-
 feram. **A**udacter et temere iactis votis sacerdotis rex
 ipsa natura cessit. **I**tem. l. piso a. l. claudio pul-
 chro accusatus quod graues et intollerabiles iniurias

locijs itulisset. hautdubie ruine metum fortuito auxi-
lio vitauit. Namq; p id ipsum tempus quo tristes de
eo sentencie ferebantur repentina vis nimbí incidit.
Cumq; pstratus humi pedes iudicum oscularetur. os
suum ceno repleuit. Quod conspectu totam questionē
a seueritate ad clemenciam et mansuetudinem transtu-
lit. quia satis iam graues eū penas locijs dedisse arbi-
trati sunt. huc deductum necessitatis ut abicere se tam
suppliciter aut attollere tam deformiter cogere. Sub-
nectam duos. accusatorū suozū culpa absolutos. ¶
• Q. flauio a. C. valerio edili apud populū reus actus
cum quatuordecim tribuū suffragijs damnatus esset pro-
clamauit se innocentem opprimi. Cui valerius eque
clara voce respondit. nihil sua interesse nocens ne an-
innoxius periret. dummodo periret. Qua violencia
dicti reliquas tribus aduersario donauit. Abiecerat
inimicu eundem dum pcerto pessundatu credidit. erexit
victoriamq; in ipsa victoria perdidit. ¶ • S. etiam
costoniu seruilia lege reum ppter plurima et euidentis-
sima facinora sine vlla dubitatione nocentem valerij
valentini accusatoris eius recitatu in iudicio carmen
quo pueru ptextatu & ingenuam virginem a se cor-
ruptam poetico ioco significauerat correxit. Siquidē
iudices iniquum rati sunt eum victorem dimittere qui
palmā non ex alio ferre sed de se dare merebatur. Ma-
gis vero valerius in costonij absolutione damnatus.
quam costonius in sua causa liberatus est. ¶ Attin-
gam eos quoq; quozū salus pprijs obruta crimibus
pprimozū claritati donata est. ¶ Attiliū calatinū
saranozū oppidi pdicione reum admodū infamem im-
minentis damnacionis periculo pauca verba. q. maxi-
mi soceri subtraxerunt. quibus affirmauit si in eo cri-
mine fontem illū ipse comperisset. direpturū se fuisse
affinitatem. Continuo enim populus pene iam explo-

ratan sententiam suam vnius iudicio concessit. indi-
gnum ratus eius testimonio non credere cui difficulti-
mis. r. p. temporibus bene se exercit⁹ credidisse memi-
nerat. ¶ **M.** quoq; enulius scaurus repetundarum
reus. adeo perditam et comploratam defensionem in
iudiciū attulit. ut cum accusator diceret lege sibi centū
atq; viginti hominibus denunciare testimoniū licere.
se q; nō recusare quomin⁹ absolueretur. si totidem no-
minasset quibus in prouincia nihil abstulisset. tam
bona condicione uti nō potuerit. **T**amen ppter vetustis-
simam nobilitatem et recentem memoriam patris ab-
solutus est. **S**ed quemadmodum splendor amplissimoz
viroz in ptegendis reis plurimū valuit. ita oppri-
mendis n̄ sane multū potuit. quincciam euidenter no-
xijs dum eos acius impugnat pfuit. ¶ **L.** quoq;
scipio milianus **C**ottam apud populū accusauit. **C**ui⁹
causa quamquā grauissimis criminibus erat confos-
sa. sepius ampliata. et ad vltimū octauo iudicio abso-
luta est. quia homines verebantur. ne p̄cipue accusato-
ris amplitudini damnatio eius donata existimaretur
Quos hec secum locutos crediderim. **N**olumus capd
alterius petentem. in iudiciū triumphos & trophea
spolia que et deuictarum nauium rostra deferre. **T**er-
ribilis sit is aduersus hostem. cuius vero salutem tan-
to fragore glorie subnixus ne insequatur. **T**am vehe-
mentes iudices aduersus excellentissimum accusatorē.
quam mites in longe inferioris fortune reo. ¶ **C**al-
lidius benoniensis in cubiculo mariti nocte deprehen-
sus. cum ob id causam adulterij diceret. intē maximos
et grauissimos infamie fluctus emerit. tanquam fra-
gmentum naufragij leue admodum genus defensionis
amplexus. affirmavit enim se ob amorem pueri serui
eo esse perductum. **S**uspectus erat locus. suspectū temp⁹
suspecta matris familie psona. suspecta eciā adolefcēcia

ipſius . ſed crimen libidinis confeſſio intemperancie li:
berauit . Remiſſioris hoc illud aliquanto grauioris
materie exemplum . ¶ Cum parricidij cauſam fra
tres duo celij dicerent ſplendido tarratine loco nati . q̄
pater . t . celius in cubiculo quieſcens . filijs altero cubā
tibus lecto erat interempt⁹ . neq; aut ſeruus quiſquam
aut liber inueniretur . ad quem ſuſpicio cedis pertine
ret . hoc vno nomine abſoluti ſunt . quia iudicib; pla
num factū eſt illos aperto hoſtio inuentos eſſe dormiē
tes . Sompnus innoxie ſecuritat̄ certiffim⁹ iudex mi
ſeris open tulit . Iudicatū eſt enim rerū naturam nō
recipere ut occiſo patre ſupra vulnera & cruorem eius
quietem capere potuerint ¶ Percurremus nunc eos
quibus in cauſe dictione magis que extra queſtionem
erant nocuerunt . quam ſua innocencia open tulit ¶
L . ſcipio poſt ſpecioſiſſimū triumphū de rege anthiaco
ductum . perinde ac pecuniam ab eo accepiffet . damna
tus eſt . Non puto q̄ precio corruptus fuerit . ut il
lum totius aſie dominū et iam europ̄e victrices man⁹
inicientem vltra taurum montē ſubmoueret Sed alio
qum vir ſinceriffime vite et ab hac ſuſpicione procul .
remotus inuidie que tunc in duozū fratrum inlicitis cog
nominibus habitabat reſiſtere non potuit . ¶ At ſci
pioni quidem maxime fortune fulgor . G . autem decia
no ſpectate itegritatis viro vox ſua exitū attulit . Nā
cum . p . furiū inquinatiſſime vite p roſtris accuſaret
quia quadam in parte actionis de morte . l . ſaturnini
queri auſus fuerat . nec reum damnauit . et inſuper ei
penas addictas rependit . ¶ Sextum quoq; ticium
ſimilis caſus pſtrauit . Erat innocens . erat agraria
lege lata graciosus apud populum . Tamen q̄ ſatur
nini imaginem domi habuerat . ſuffragijs eum tota cō
cio oppreſſit . ¶ Adiciatur his claudia quam inſon
tem crimine quo accuſabatur votum impium ſubuertit

Quia cū a ludis domum rediens turba elideretur. op-
tauerat ut frater suus maritimarū viriū nostrarū pre-
cipua iactura reuiuisceret. sepiusq; consul factus infeli-
ci ductu nimis magnam vrbis frequentiam. minueret
possumus etiā ad illos breui diuerticulo transgredi q̄s
leues ob has causas damnationis incursum abripuit. ¶
M. mudius. gn. lollius. l. sextilius triumuirī q̄ ad i-
cendiū in sacra via ortū extinguendū tardius venerāt
a. tr. pl. die dicta apud populū damnati sunt. ¶ Itē
p. villius triumuir nocturnus a. p. aquillio. tr. pl.
accusat⁹ populi iudicio concidit. quia vigilias negli-
gencius circūierat. Admodū seuerē note. et illud po-
puli iudiciū. cum. m. enuliū portinā a. l. cassio accu-
satum crimine nimis sublime extructe ville in alicien-
agro grau multa affecit. ¶ Non suprimenda illius
quoq; damnatio qui pueruli sui nimio amore corrupt⁹
rogat⁹ ab eo ruri ut omasum in cenam fieri iuberet.
cum bubule carnis in p̄p̄inquo emende nulla facultas
esset domito boue occiso desiderium eius expleuit. eo q̄
nomine publica questione afflict⁹ est. innocēs. nisi tā
prisco seculo natus esset. ¶ Atq; ut eos quoq; refe-
ramus qui in discrimen capitis adducti. neq; dammati
neq; absoluti sunt. Apud. m. popiliū lenatem preto-
rem quedam quod matrem fuste percussam intereme-
rat. causam dixit. de qua neutram in partem late sen-
tencie sunt. quia habunde constabat. eandē veneno ne-
catorum liberozū. dolore commotam. quos auia filie i-
fensa sustulerat. parricidum vltam eē parricidio. quoz
alterū vlcione. alterū absolutione. n̄ dignū iudicatū
est. ¶ Eadem hesitatione. p. quoq; dolabelle pro con-
sulari imperio asiam obtinentis animus fluctuat⁹ est.
Mater familie et smirnea virū et filiū interemit. cum
ab his optime indolis iuuenē quē ex priorē viro enixa
fuerat. occisum comperisset. Quam rem dolabella ad

se delatam theas ad ariopagi cognitionē relegauit.
quia ipse neq; liberare duabus cedibus contaminatā
neq; punire eā iusto dolore impulsam sustinebat. **Cō-**
sideranter et mansuete p̄consul. **S**ed ariopagite quoq;
non minus sapienter. qui in specta causa et accusato:
rem et ream post centū annos ad se reuerti iusserunt.
eodem affectu moti quo dolabella. **S**ed ille transferēdo
questionem. hī differendo. damnandī atq; soluendi in
explicabilem cunctacionem mutabant.

¶ Capitulum secundum de priuatis iudicijs insignibus
Publicis iudicijs addiciam priuata. quorū ma:
gis equitas questionū delectare quam immode:
rata turba offendere lectorem poterit. **¶** **C**lau:
dius centumalus ab auguribus iussus altitudinem do:
mus sue quam in celio monte habebat submittere. q̄a
his ex arte auguriū capientibus officiebat. vendidit eā
calpurnio lanario nec indicauit quod impatum a col:
legio auguriū erat. **A** quibus calpurnius demolliri
domū suam coactus. **M.** portii catonem incliti cato:
nis patrem arbitriū cum claudio adduxit vt formulam
daret quidq; sibi facere oporteret ex fide bona. cato ut
est edoctus de industria claudiū predictū sacerdotū sup:
pressit. sed continuo illum calpurnio damnauit. sum:
ma quidem cū equitate. quia bone fidei venditorē nec
commodorū specie augurem nec in commodorū cogni:
cionem obscurare oportet. **N**otū suis temporibus iu:
diciū commemorauit. sed ne quod relaturus quidem sū
oblitterandū est silencio. **¶** **S.** visellus varro graui
morbo corrept⁹ trecenta milia nummū ab oracilia la:
terensi cū qua commercium libidinis habuerat expensa
ferri sibi passus est. eo consilio ut si decessisset ab heredi:
bus eam summam peteret. quam legati genus esse vo:
luit libidiniosam liberalitatem debiti nomine coloran:
do. **E**uasit deinde ex illa tempestate aduersus vota ora:

licie. **Q**ue offensa q̄ spem prede sue morte non matu-
rasset. ex amica obsequenti subito destrictam feneratri-
cem agere cepit. nummos petendo. quos ut fronte in
verecunda ita inani stipulatione captauerat. de qua
re. **G.** aquilius vir magne auctoritatis. et sciencia iu-
ris civilis excellens iudex adductus ad habitis in consi-
lio principibus ciuitatis prudētia et religione sua mu-
lierem reppulit. **Q**uod si eadem formula et varro dā-
nari et aduersaria absolui potuisset. eius quoq; non
dubito quin turpem et in concessum errorem libenter
castigaturus fuerit. **N**unc priuate actionis calumni-
am ipse compescuit. adulterij crimen publice questioni
vindicanum reliquit. ¶ **M**ulto animosius et ut mi-
litari spiritu dignum erat se in consimili genere iudi-
cij. **G.** marius gessit. **N**am cum. **G.** ticinius mintur-
nensis fanniam vxorem quam impudicam de industria
duxerat eo crimine repudiatam dote spoliare conaret̄
sumpt̄ in ter eos iudex in conspectu habita questione
seductum ticiniū monuit ut incepto desisteret ac mu-
lieri dotē redderet. **Q**uod cū sepī frustra fecisset coact̄
ab eo sententiam p̄nunciare. mulierem impudicicie se-
stercio nummū ticiniū summa totius dotis damnauit
p̄fatus idcirco se hunc iudicandi modum secutum. cū
liqueret sibi ticiniū patrimonio fannie insidias struen-
tem impudicie coniugiū expetisse. **F**annia autem hec
est que postea mariū hostem a senatu iudicatū cenoz;
paludis qua extractus erat oblitū. etiam in domū suā
custodiendū minturnis deductum. ope quantacūq; po-
tuit adiuuit. memor q̄ impudica iudicata cēt suis mo-
ribus. q̄ dotē seruasset. illius religioni acceptum ferri
debere. ¶ **M**ultus sermo eo etiam iudicio manauit.
in quo quidam furti damnat̄ est. quia equo cuī vsus
illi vsq; ariciam commodat̄ fuerat. vltiore eius mu-
nicipij cliuo vectus esset. **Q**uid aliud hoc loci quam

verecundiam illius seculi laudemus in quo tam minimo a pudore excessus puniebantur.

¶ **Capitulum tertium** Que mulieres apud magistratus pro se aut pro alijs causas egerunt.

SE de his quidem feminis tacendum est. quas condicio nature et verecundie stola ut in foro et iudicijs tacere non valuit. ¶ **A**meilia sententia rea causam suam. l. ticio pretore iudicium cogente maximo populi concursu egit. motusque omnes ac numeros defensionis non solum diligenter sed etiam fortiter executi. et prima actione et pene cunctis sententijs liberata est. **Q**uam quia sub specie femine virilem animum gerebat androgenem appellabant. ¶ **C**afranea vero licinij buccionis senatoris vxor prompta ad lites contrahendas: pro se semper apud pretores verba fecit. non quod aduocatis deficiebatur. sed quod impudencia habundabat. Itaque inusitatis foro latratibus assidue tribunalia exercendo. muliebris calumpnie notissimum exemplum euasit. adeo ut per crimine impudicis feminarum moribus. **S**. afranie nomen obiciatur. **P**rozogauit autem spiritum suum ad. **S**. cesarem tritum & seruilium consules. Tale enim monstrum magis quo tempore extinguitur quam quo sit ortum memorie tradendum est.

¶ **H**ortensia vero. q. hortensij filia cum ordo matronarum graui tributo a triumuiris esset oneratus. nec quisquam virorum patrocinium eis accommodare auderet causam feminarum apud triumuiros et constanter et feliciter egit. **R**epresentata enim patris facundia impetrauit. ut maior pars impate pecunie his remitteretur. **R**enuit tunc muliebris stirpe. q. hortensius verbisq. filie aspirauit. Cuius si virilis sexus posterum vim sequi voluisset hortensiane eloquentie tanta hereditas vna femine actione abscessa non esset.

¶ **Capitulum quartum** de questionibus

Et qz ut omnes iudicioꝝ numeros exequamur .
questiones quibus aut creditū nō est aut temere
fides habita est referamus . ¶ **M**. agrij argētarij ser-
uus alexandrū fannij seruū occidisse . insimulatus est
eoqz nomine tortus a domino admisisse . se id facinꝝ cō-
stantissime asseuerauit Itaqz fannio deditus . supplicio
est affectus ¶ Paruulo deinde tempore iteriecto ille cuiꝝ
de nece creditū erat domum redijt . Contra fannij ser-
uus alexander cū in hanc suspicionem . **S**. flauij equi-
tis romani occisi venisset . sexies tortus pnegauit ei se
culpe affinem fuisse . Sed perinde atqz confessus et a iu-
dicibus damnatus et a . l . calpurnio triumuiro in cru-
cem actus est . ¶ Item fuluio flacco causam dicente
philippus seruus cuius in quo tota questio nitebatur .
occies tortus nullum omnino verbū quo dominꝝ pstri-
geretur emisit . Et tamen reus damnatus est . cū cerciꝝ
argumentū innocencie vnus occies tortus exhiberet qz
octo semel torti prebuissent .

Capitulum quintum de testibus
Equitur ut ad testes p̄tinencia exempla conme-
morem . ¶ **S**. et . q . seruilij scipionibus isdem
parentibus natis et per omnes honorū gradus
ad summam amplitudinem prouectis idem fratribus
metellis . q . et . l . consularibus et censorijs altero eciā
triumphali in . q . pompeij a . f . repetundarū reum acē-
rimie dicentibus testimonij non abrogata fides abso-
luto pompeio sed ne potnci a inimicū oppressisse vide-
retur occursum est . ¶ **M**. enulius scaurus princeps
senatus . **S**. mēmiū repetundarū reum districto testio-
nio insecutus est . ¶ Item . g . flauij eadem lege ac-
cusatum testis p̄scidit . Jam . g . norbanū maiestatis
crimine publice questionij subiectū ex p̄fesso opprimere
conatus est . nec tamen aut auctoritate qua plurimū
pollebat . a religione de qua nemo dubitabat . quēquā

eorū affligere potuit. ¶ **L.** quoq; crassus tant⁹ apud
iudices quantus apud pa. co. emilius scaurus. nanq;
eorum suffragia robustissimis et felicissimis eloquēcie
stipendijs regebat. eratq; sic fori. vt ille curie princeps
cum vehementissimū testimoniū fulmen in. ¶ **M.** marcel
lum reum iniecisset. impetu grauis exitu vanus appa:
ruit. ¶ **A.** ge. q. metellus pius. l. marcus luculli. q.
hortensius. ¶ **L.** lepidus. ¶ **C.** cornelij maiestatis rei quā
non onerarunt tantumodo testes salutem sed etiam ne
gantes illo incolumi stare. r. p. posse deponoscerunt.
Que dedecora ciuitatis pudet referre vmbone iudici
ali repulsi sunt. ¶ **Q**uid. m. cicero forensi milicia
summos honores amplissimūq; dignitatis locū adept⁹
nō ne in ipsis eloquēcie sue castris testis abiectus est.
dum. p. claudiū rome apud se fuisse iurauit & illo sacri:
legum flagiciū vno argumēto absencie tuente. **S**i qui
dem iudices claudiū incesti crimine quā cicero nem in
famia periurij liberare maluerunt. **T**ot eleuatis testi
bus vnū cui⁹ noua ratione iudiciū igressa auctoritas
confirmata est referam. ¶ **T.** seruius consularis
ensorius triumphalis qui maiorū suozū titulis isau:
rici cognomen accepit. vel cū forum p̄teriens testes in
reum dari vidisset. loco testis constitit. ac summā intē
patronozū pariter et accusatorū admiracionem sic or:
sus est. hunc ergo iudices qui causam dicit. cuias sit a
quam vitam egerit. quāq; merito aut iniuria accuse
ignoro. **I**llud tamen scio cū occurisset mihi laurentia
via iter facienti admodū angusto loco equo descendere
noluisse. **Q**uod an aliquid ad religionem vestram p̄:
tineat. ipsi estimabitis. **E**go id sup̄mendū n̄ putau
iudices reum vix auditis ceteris testibus damnarunt
Valuit enim apud eos tum amplitudo viri. tū grauis
neglecte dignitatis eius indignatio. **E**umq; qui vene:
rari principes nesciret. in quodlibet facinus p̄cursurū

crediderunt.

¶ **Capitulū sextū** q̄ que ī alijs vindicarūt ip̄i cōmiserūt

Nillos quidem latere paciamur qui que ī alijs vindicarant ip̄i cōmiserunt. ¶ **G.** licinius cognomine hoplomachus a pretore postulauit ut patri suo bonis tanquam ea dissipanti interdiceret

Equidem quod pecierat impetrauit. Sed ipse paruo post tempore mortuo sene. amplam ab eo sibi relictam pecuniam festinanter consumpsit. dignus hac vicissitudine pene fuit. quoniam hereditatem absumere quam heredem maluit tollere. ¶ **G.** autem marius cum ma-

gnum et salutarem. r. p. ciuem in. l. saturnino opprimendo egisset. a quo in modū vexilli pilleum seruitutis ad arma capiēda ostentatum erat. l. silla cū exercitu in urbem irrūpente ad auxiliū seruoꝝ pilleo sublato confugit. Itaq; dum facinus quod punierat imitatur alterū mariū a quo affligeret inuenit. ¶ **G.** vero

licinius stolo cui? beneficio plebi petendū consulat? potestas facta est. cum lege sanxisset. ne quis amplius q̄z quingēta agri iugera possideret. ipse mille cōparauit dissimulandiq; criminis gracia dimidiā partē filio emancipauit. Quam ob causam a. m. popilio lenate accusat? primus sua lege cecidit. ac docuit nihil aliud p̄cipi debere. nisi quod prius quisq; sibi imperauit. ¶

Q. autem varius p̄pter obscurū ius ciuitatis ibrida cognominatus. tr. pl. legem aduersus intercessionem collegariū prorogauit. que inebat queri quozum dolo malo socij ad arma ire coacti essent. magna cū clade. r. p. Sociale enim prius deinde ciuile bellum excitauit. Sed dum ante pestiferum. tr. pl. quam certum ciuem agit. sua lex eum domesticis laqueis constrictum absumpsit.

¶ **Capitulum septimum de studio et industria**

Quid cello vires industrie commemorare cui? ala:
cri spiritu milicie stipendia roborantur. forensif
gloria accenditur. fido sinu cuncta studia recep:
ta nutriuntur. quicqd animo quicqd manu. quicqd lin
gua admirabile est. ad cumulum laudis perducitur &
Que cum sit perfectissima virtus tamen duramento
suo confirmat eam. ¶ Cato sextu et octuagesimu an
num agēs dicitur in. r. p. tuēda iuuenili animo prestat.
ab inimicis capitali crimine accusatus. causam suam
egit neq; aut memoriam eius quisquam tardiozem. a
firmitatem lateris vlla ex parte quassatam aut os he:
sitacione impeditu animaduertit. quia omnia ista i
suo statu equali ac ppetua industria continebat. **Q**ui
eciam in ipso diuissime ac te vite sine disertissimi ora:
toris galbe accusacioni ⁱⁿ defensionē suam pro hispania
opposuit. Idem grecis litteris erudiri cōcupiuit. **Q**uā
sero inde estimemus quod eciam latinas pene iā senex
didicit. **C**unq; eloquēcia magnam gloriam partam ha
beret. id egit ut iuris ciuilibus quoq; esset pitissimus.
Cuius mirifica proles ppior etati nostre cato ita do:
ctrine cupiditate flagrauit. ut ne in curia quidem dū
senat⁹ cogitur temparet sibi. quominus grecos libros
lectitaret. **Q**ua quidem industria ostendit alijs tem:
pora de esse. alios super esse temporibus. ¶ Terenciū au
tem varro humane vite exemplo et spacio. nō annis q̄
bus seculi tempus equauit quam stilo viuacior fuit.
In eodem enim lectulo et spirit⁹ eius in egregiorū ope
rum cursus extinct⁹ est. ¶ Consimilis pseuerancie liuius
drusus: qui etatis viribus ac acie oculorū defect⁹ uis ci
uile populo benignissime interpretatus est. utilissima qz
discere id cupiētibus monumēta composuit. **N**am ut
senem illū natura cecū fortuna facere potuit. ita neu
tra interpellare valuit. ne non animo et videret et vi:
geret. ¶ **M**. vero senator et lupus poncius eques roma

nus suis temporibus celebres causarū actores luminibus
capti eadem industria forensia stipendia executi sunt .
Itaque frequēcius etiam audiebantur . concurrentibus
alijs quia in genio eorū delectabantur . alijs quia con:
stanciam admirabantur . Namque alijs incommodo per:
culsi secessum petunt . duplicant tenebras . fortuitis vo:
luntaria adicientes . **J**am . p . crassus cū ī asiam ad ari:
stonicum regem de bellandum consul . venisset tanta
cura grece lingue animo noticiam comprehendit . ut
eam in quinq; diuisam genera p omnes partes ac nu:
meros penitē cognosceret . **Q**ue res maximū ei socioꝝ
amorem conciliavit . qua quis eorū lingua apud tribu:
nal illius postulauerat . eadem decreta reddēti . **N**e:
roscius quidem subtrahatur scenice industrie . notissi:
mum exemplū . qui nullū vniquam spectante populo
gestū nisi quem domi meditat⁹ fuerat ponere ausus est
Qua ppter non ludicra ars roscium . sed roscius ludi:
eram artem cōmendauit . **N**ec vulgi tantum fauorem
verū etiam principū familiaritates amplexus . **H**ec sūt
attenti et anxij et nunquam cessantis studij premia .
Propter q; tantorū virozū laudibus nō impudenter
se persona histrionis inseruit . **G**reca quoque industria
quoniam nostre multū profuit quem meretur fructū
latina lingua recipiat . **D**emoscenes cui⁹ cōmemo:
ratio nomine maxime eloquēcie . consummatio audiē:
tis animo oboritur . cū inter incicia iuuetē artis quā
affectabat primam litteram dicere non posset . oris
sue viciū tanto studio expugnavit ut ea a nullo ex:
pressus efferretur . **D**einde ppter nimiam exilitatem
acerbam auditu vocem suam exercitatione continua
ad maturū et gratū auribus sonum perduxit & lateris
etiam firmitate defect⁹ . quas corporis habit⁹ vires ne:
gauerat . a labore mutuat⁹ est . **M**ultos enim versus
vno impetu spirit⁹ complectebat⁹ . eos q; aduersa loca

Dulcius
1524

celeri gradu scandēs p̄nunciabat. ac vadōsis litoribus
insistens declamaciones fluctuū fragoribus obluantibus
sedabat. ut ad frenitū concitatarū concionū pa-
cienā duratis auribus vteretur. fertur quoq; ore īser-
tis calculis multū ac diu loqui solit⁹ quo vacuū prom-
ptius esset et solucius. **P**relat⁹ est cū rerū natura.
equidem victor abiit. malignitatem eius pertinacissi-
mō animi robore superando. Itaq; alterū demostenem
mater. alterū industria cūxa est. // **A**tq; ut adue-
tustiozem industrie actum transgrediar. p̄thagoas p̄-
fectissimū opus sapiencie. a iuuenta pariter et omnis
honestatis percipiende cupiditate ingressus. nihil enī
quod ad vltimū sui p̄uenturū est finem nisi et nature.
et celeriter incepit. egiptū p̄cūt. vbi litteris gentis ei⁹
assuefact⁹. preteriti cui sacerdotū cōmentarios scrutat⁹
innumerabiliū seculorū obseruaciones cognouit. In-
de ad persas p̄fectus. magorū exactissime prudencie se
formandū tradidit. **A** quib; siderū mot⁹ cursusq; stel-
larū et vniuscui⁹q; vim. p̄prietatem. effectum. benigni-
ssime demonstratū. docili animo sorbsit. **C**retam de-
inde et lacedemoniam nauigauit. quarum legibus et
moribus inspectis ad olimpiatum certamen descendit.
Cunq; multiplicis sciencie maximam inter omnes to-
cius grecie admiracionem et specimen exhibuisset quo
cognomine censeretur interrogat⁹. non se sapientem
iam enim illud septem excellentes viri occupauerant.
sed amatorem sapiencie id est grece. philosophon edī-
dicit. **I**n italie eciam partem que tunc maior grecia
appellabatur perrexit. in qua plurimis et opulentissi-
mis vrbibus effect⁹ studiorū suorū approbavit. Cuius
ardentem rogū plenum veneracionis oculis metapōn-
tus asperxit. oppidū p̄thagoze quam suorū cinerū no-
bilis clari⁹q; monumētum. // **P**lato autem pa-
triam athenas p̄ceptorē socraten sortit⁹ et locū et homi-

Pythagoras

plato.

Pythagoras

Pythagoras

nem doctrine fertilissimū • ingenij quoq; diuina instru-
ctus habundancia • cū omniū iam mortaliū sapientissi-
mus haberetur • eo quidem vsq; ut si ipse iupiter celo
descēdisset • nec elegancioze nec beacioze facundia vsurus
videret̃ • egiptū pagrauit dum a sacerdotibus eius gen-
tis geometrie multiplices numeros celestū obseruaci-
one racionū percipit. **Q**uoq; tempore a studiosis iu-
uenibus certatim athene platonem doctorem querētib;
petebatur • ipse nili fluminis inexplicabiles ripas • va-
stissimoq; campos effusam barbariā et flexuosos fos-
sorum ambit⁹ egiptiorū senum discipulus lustrabat.
Quominus miror in italiam transgressum ut ab ar-
thica tarenti a timeo et arione et ceteris locis pitagore
precepta et instituta acciperet. **T**anta enim ius tan-
ta copia litterarū vndiq; colligēda erat • ut inuicem p
totum terrarū orbem dispergi et dilatari posset. **A**lte-
ro eciam et octuagesimo anno decedēs sub capite sopho-
nis mimos habuisse fertur. **S**ic ne extrema quidem ei⁹
hora agitatione studij vacua fuit. **A**t democritus
cum diuicijs censeri posset que tante fuerunt ut pater
eius xerxis exercitui epulum dare ex facili potuerit • quo
magis vacuo animo studijs litterarū cēt opatus • par-
admodū summa retenta • patrimonium suū patrie dona-
uit. **A**thenis autem cum pluribus annis moratus •
omnia temporū momenta ad picipendam et exercendā
doctrinam conferēs • ignot⁹ illi vrbi vixit • quod ipse q̃
dam volumine testat̃. **S**tupet mens ammiracione tan-
te industrie • et iam transit alio. **C**arneades labori-
osus et diuturnus sapiēcie miles • siquidem nonagita
expletis annis idem illi viuēdi ac philosophandi finis
fuit • ita se mirifice doctrine operibus addixerat • ut cū
cibi capiendi causa recubuisset • cogitationibus inherēs
manū ad mensam porrigere obliuiscētur • sed eum me-
llia quam vxoris loco habebat temperato inter studia

*Capitulum hoc est de vita
et moribus philosophorum
quod est in fine libri*

Democritus

Carneades

non interpellandi et in edie succurrēdi officio . dexterā suam necessarijs vsibus aptabat . Ergo animo tantū modo vita fruebatur . corpore vero quasi alieno et super uacuo circumdatus erat . Idem cum crisippo disputaturus elleboro se ante purgabat ad exprimēdum ingeniū suum attentius . & illius refellendum acrius . Quas pociones industria solide laudis cupidis appetendas effecit .

Anaxagoras

Quali porro studio anaxagoram flagrasse credim⁹ . qui cū e diutina peregrinatione patriam repperisset . possessiones qz desertas vidisset . non essem inquit ego saluus nisi iste perisset . vocem petite sapiēcie compotem . Nam si prediorū potius quam ingenij culture vacasset . dominus rei familiaris intra penates mansisset . Non tant⁹ anaxagoras ad eos redisset .

Archimedes fuit in magna astronomia geometria belliarum machinarum inventor. et quadratus hinc inventus fuit hinc dicitur hinc dicitur

Archimedis quoqz fructuosā industriam fuisse dicerem . nisi eadem illi et dedisset vitam et abstulisset . Captis enī siraculis marcell⁹ machinationibus eius multū ac diu victoriam suam inhibitam senserat . Eximia tamen hominis prudentia delictatus ut capiti illius parceretur edixit . pene tantum glorie in achimenide seruato . quantū in oppressis siraculis his reponens . At is dum animo et oculis in terra defixis formas describit . militi qui p̄dandi gracia domum irruperat stricto qz sup caput gladio quis nā esset interrogabat . ppter nimiam cupiditatem inuestigandi quod requirebat nomen suū iudicare nō potuit sed protracto manibus puluere . noli inquit obsecro istum disturbare . Ac perinde quasi negligens imperij victoris gladio obruncat⁹ . sanguine suo artis sue limi amēta confudit . Quo accidit ut ppter idem studium modo donaretur . vita modo spoliaretur .

Socrates

Socraten eciam constat etate prouectū fidibus tractandis operam dare cepisse sacius iudicantē eius artis vsum sero quam nunquam percipere . Et quanta socratis

accessio illa futura sciencie erat. Sed puicax hominis i
dustria tantis doctrine sue diuicijs etiam musice racio
nis vilissimū elemētum accedere voluit. Ergo dñ addi
scendū semper se pauperem credidit. ad docendū fecit lo
cupletissimū. ¶ Atq; ut longe et felicitis industrie q̄si
in vnum aceruū exempla redigamus. isocrates. nobi
lissimū librū q̄ ita. naobna ikoc. inscribitur quartum et
nonagesimū annum agens ita ut ipse significat com
posuit opus ardentis spiritus plenū. Ex quo apparet se
nescentib; membris eruditorū intus animos industrie
beneficio florem iuuetē retinere. Neq; hoc stilo termi
nos vite sue clausit. Namq; ammiracionis eius fru
ctum quinquennio pcepit. Ceterioris etatis metas
sed nō paruatatem spacij crisippi viuacitas. lexit. Nā
nonagesimo anno ceptū vnde aotthon quadragesimo
exactissime subtilitatis volumen reliquit. Cuius studiū
in tradendis ingenij sui monimētis tantū ope laboris
q; sustinuit. ut ad ea que scripsit penitus cognoscenda
longa vita opus. ¶ Te quoq; cleante tam laborio
se haurientem et tam ptinaciter tradentem sapienciam
numen ipsius industrie suspexit. cū adolescētē questi
extrahēde aque nocturno tempore mopiam tuam sustē
tantem. diurno crisippi p̄ceptis percipiēdis vacantem
eundem q; ad vndecentesimū annū attēta cura erudien
tem auditores suos videret. Duplici enī labore vnus
seculi spacium occupasti. incertū reddēdo. discipulus ne
an preceptor esses laudabilior. ¶ Sophocles quoq; glo
riosum tū rerū natura certamen habuit. tam benigne
illa mirifica opera sua exhibendo quam illa operibus
eius tempora liberaliter ministrando. Prope enim
centesimū attigit. sub ipsum transitū ad mortē edipo
de. eitikoanon. scripto. Qua sola fabula omnium eius
dem studij poetarū p̄ripere gloriam potuit. Idq; igno
tum eē posteris fili; sophoclis sophō noluit. sepulchro

Cleantes.

Sophocles

patris que retuli in sculpendo ¶ Simonides vero
poeta octuagesimo anno et docuisse se carmina. & in
eorū certamen descendisse ipse gloriatur. Nec fuit in
quum illū voluptatem ex ingenio suo diu percipere.
cum eam omni tuo fruendam traditurus esset. Nam
solon quanta industria flagrauerit. et versibus com:
plexus est. quibus significat se cottidie aliquit ad discē
tem senescere. et supmo vite die confirmauit. qd assiden
tibus amicis. et quadam de re sermone inter se con:
ferētibus fatis iam pressum caput erexit. interrogat
qz qua ppter id fecisset. respondit. Vt cū istud quicqd
est de quo disputatis prepero. moriar. Migrasset pfe:
cto ex hominibus inercia. si eo animo vitam ingrede:
rentur. quo eam solon egressus est. ¶ Quam porro
industrius themistocles qui maximarū rerum cura di
strictus. omniū tamen ciuū suorū nomina memoria
comphendit. Per summam qz iniquitatē patria pul
sus et xersen quem paulo ante deuicerat confugere coa
ctus. priusquam ī conspectu eius veniret. plico sermo:
ne se assuefecit. ut labore parta commendacione regijs
auribus familiarem et assuetū sonum vocis adhiberet
Cuius vtriusqz industrie laudem duo reges partiti sūt
Cirus omniū militū suorū nomina. Mitridates dua:
rum et viginti genciū que sub regno ei⁹ erant linguas
discendo. Ille ut sine monitore exercitū salutaret. hic
ut eos quibus impabat sine interpte alloqui posset.

¶ Capitulum octauum de ocio

Ociū quod p̄cipue industrie et studio maxime
contrariū videtur. p̄cipue subnecti debet. n̄ quo
evanescit virt⁹ sed quo recreatur. Alterū enim
inertibus eciam vitandū. alterū strenuis quoqz inter:
dum appetendū est. Illis ne pprie vitam inneruem exi
gant his ut tempestiua laboris intermissione ad labo:
randum fiant vegeciores. ¶ Dar vere amicitie cla

rissimum scipio et leli^{us} tū anioris vinculo tū eciam
omniū virtutū inter se iunctū societate • ut actuose vi
te iter equali gradu exequabantur • ita animi quoq; re
missioni cōmuniter adquiescebant. Constat nanq; eos
caiete et laurenti vagas litoribus conculas et calculos
lectitasse. ^{scilicet} Idq; se • p. crassus ex socero suo sceuola qui ge
ner lelij fuit audisse se penumero predicauit. ¶ Sce
uola autem quiete remissionis corū certissimus testis
optime pila lusisse traditur • quia videlicet ad hoc diuē
ticulum animū suū forensibus ministerijs fatigatum
transferre solebat. ¶ Lea quoq; et ad calculis interdū
vacasse dicitur • cum bene ac diu iura cuium cerimoni
as deorū ordinasset. ¶ Ut enī in rebus serijs sceuolam
ita in scenicis ludibus hominem agebat • quem rerum
natura continui laboris paciētem esse non sinie. ¶ Idq;
vidit cui nulla pars sapiēcie obscura fuit socrates • ide
oq; non erubuit • tunc tū interposita harundine cruri
bus suis cū paruulis filiolis ludēs ab alcibiade derisus
est. ¶ Homer^{us} quoq; ingenij celestis vates non aliud sen
sit vebenētissimis acillis manibus canora fides aptan
do • ut carū militare robur leui pacis studio relaxaret
¶ Capitulum nonnum quanta uis sit eloquēcie.

Potenciam vero eloquencie et si plurimū valere
animaduertimus • tamen sub pprijs exemplis q̄
scilicet vires ei⁹ testatiores fiant recognosci cō
uenit. ¶ Regibus exactis plebs dissidēs a patribus
iuxta ripam fluminis amenis in colle qui sater appel
latur armata consedit. Eratq; non solū deformis sed
eciam miserimus • r. p. stat⁹ a capite ei⁹ cetera parte
corporis pestifera sedicione diuisa. ¶ Ac ni valerij sub
uenisset eloquēcia spes tanti imperij in ipso pene ortu
suo corruisset. ¶ Is nanq; populum noua et insolita li
bertate temere gaudētem oratione ad meliora et sanio
ra consilia reuocatū senatū subiecit • idest urbem vibi

Commae hunc in acille q
fuit de theophrasto p. velle
laureo r. p. in l. v. p. p. p.
v. p. p. p. p. p. p. p. p. p.

in hunc in p. p. p. p. p. p.
+ in p. p. p. p. p. p. p. p.
p. p. p. p. p. p. p. p. p.
p. p. p. p. p. p. p. p. p.

tunxit. **V**erbis ergo facundis ira. consternatio. arma
cesserunt. **Q**ue etiam marianos cinnanosque mucrones
civilis profundendi sanguinis cupiditate furētes inhibu
erant. **D**issi enim a seuissimis ducibus milites ad **m.**
antonium oberuncandū. sermone eius obstupefacti. di
strictos iam et vibrantes gladios cruore vacuos vaginis
reddiderunt. **Q**uib; digressis. **p.** antonius vel annus
is enim solus in ambitu expers antoniane eloquencie
steterat. crudele impiū truculēto misterio pegit. **Q**uā
dilectū igitur eum fuisse putemus quem ne hostiū qui
dem quisquam occidere sustinuit. qui modo vocem ei
ad aures suas voluit admittere. **D**ivus quoque **u**
lius quam celestis numinis tam etiam humani inge
nij perfectissimū columen vim facundie proprie expressit. dice
do in accusatione gnei dolabelle quē reum egit. extor
queri sibi causam optimam. l. cotte patrocinio. **S**iqui
dem maxima tunc eloquencie quæsta est. **C**uius facta
mencione quoniam domesticū nullū manus adiecerim
exemplum peregrinandū est. **D**istrat⁹ dicendo tan
tum valuisse tradit⁹ est. ut ei atheniēses regiū impiū
oratione capti pmitterent. cū pferim e contraria par
te amantissimus patrie solon niteretur. **S**ed alterius
salubriores erant contēciones. alteri⁹ diserciores. **Q**uo
euenit ut aquila prudentissima ciuitas libertatē serui
tuti pferret. **P**ericles (antem) felicissimis nature
incrementis sub anaxagora pceptore summo studio per
politus et instructus. liberis athenarū ceruicibus. in
gum seruitutis imposuit. **E**git enim illam urbem et ver
sant arbitrio suo. **C**unq; aduersus voluntatem popu
